Digitized by Google

49031

Digitized by Google

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

ANNA COMNENA.
VOLUMEN I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNAE COMNENAE

ALEXIADIS

LIBRI XV.

GRAECA AD CODD. FIDEM NUNC PRIMUM RECENSUIT, NOVAM INTERPRETATIONEM LATINAM SUBIECIT, CAR. DUCANGII COMMENTARIOS SUASQUE ANNOTATIONES

ADDIDIT

LUDOVICUS SCHOPENUS.

VOLUMEN I.

nl ... 1-71.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIX.

Digitized by Google

BIBLIOTHÈQUE CANTONALE
ET UNIVERSITAIRE
LAUSANNE

Digitized by Google

VIRIS CLARISSIMIS

IACOBO GEELIO

ET

FRIDERICO WILKENO

OBSERVANTIAE TESTIFICANDAE CAUSA

HANC EDITIONEM

DEDICAVIT

SCHOPENUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LUDOVICI SCHOPENI

PRAEFATIO.

Quod de cura, in hoc opere et emendando et instruendo a me posita, ipsa tituli significatione professus sum, id si qui forte erunt qui certius edoceri cupiant: faciendum videtur, ut, quid haec editio novae dotis habeat, et quibus potissimum rebus a Parisina discrepet, paullo explicatius dicam.

In omni igitur scriptorum numero, qui res Imperii Romani Orientalis prodidere, haud scio an nullus criticam operam minus expertus sit, quam quae historia, in laudem Alexii patris sui scripta, inclaruit, Anna Comnena. Etenim Petrus Possinus, quem constat primum ac solum hucusque integros Alexiadis libros in lucem protulisse, nihil aliud quam codicem Bibliothecae Barberinae, quem multis partibus Lucas Holstenius ex Mediceo suppleverat, operis exscribendum dedit, ne manifestis quidem notatis erroribus, quippe qui editoris laudem potius ex paraphrasi sua Latina peteret. Idem postea nactus est copiam codicis Tolosani, qui olim Iacobi Cuia-

Digitized by Google

cii fuerat; cumque ex eius collatione, ut ipse in Praefat. ad Niceph. Bryenn. p. XV. ed. Bonn. ait, non modo lacunas libri sui editi supplesset omnes, sed diversas quoque lectiones facile bis mille enotasset, hanc criticam materiem in Notis, singulari volumine edendis, additurum se esse pollicitus est. Sed fidem non solvit; nec adversariis eius quid factum sit, magis hodie ignoratur, quam quo codex Tolosanus ipse pervenerit. Mox in provinciam, a Possino desertam, successit quidem Carolus Ducangius, longe omnium, qui his litteris operam navarunt, meo iudicio, princeps: qui, si tanta cura ingeniique felicitate in castigatione verborum elaborasset, quanta in rebus explicandis versatus est, nihil admodum aliis, quod agerent, relicturus fuisse videretur. Verum is, sive instrumentis ad eam rem necessariis destitutus, sive etiam quod omnino a critica severitate paullo alienior erat, textus emendationem adeo non tentavit, ut in amplis illis et magnificis doctrinae exquisitissimae copiis, quas ad Alexiadem ornandam Cinnamo suo subiunxit, vix decem locos reperias, in quibus critici munere fungatur.

Ita cum totum recensendi negotium mihi relictum esset integrum, ante omnia librorum subsidia circumspicere coepi, quibus textum a maculis, quas ex diutino situ multas variasque traxit, purgarem. Cui desiderio, quo minus per Alexiadis codicum paucitatem sperare licuit, fore ut aliqua ex parte satis fieret, eo gratius accidit, ut criticam supellectilem nanciscerer, quae ad iustam editionem, qualem meditabar, suffectura videretur.

Ac primum quidem codicis Coisliniani lectionibus usus sum, quas Montfauconius in Biblioth. Coislin. Catalogo p. 521. sqq. prodidit. Codex, ut idem p. 425. docet, membranaceus est, XII. saeculi, foliorum 247. Incipit a verbis Libr. I. c. 16. p. 75, 12.: *μᾶλλον τοῦτον τὸν κατάπλουν ἐκείνου.* Postrema folia lacera sunt; etsi continent quaedam, quibus lacunas, quas editio Parisina in fine habet, explere quodammodo contigit. Nec minus in aliis locis Coislinianus duobus, quibus illa nititur, codicibus integrior est, lectionesque suppeditat meliores, et eas proprias, quibus bonitas libri censeri potest. Verum tamen fatendum est, eundem ex utroque genere vitia habere nec levia, nec numero pauca, quae a reliquis ferme absunt. Unde apparet, minus rei consentaneum esse, si quis Alexiadis codices, qui quidem hucusque innotuere, ex Coisliniano, tanquam e communi fonte, fluxisse statuat. Vid. Wilken. Hist. Comn. p. XVI.

Proxime ad hunc accedit Apographum Annae Comnenae, quod mihi vir eximius, Iac. Geelius, pro singulari sua erga me benevolentia litterasque adiuvandi studio, ex Bibliotheca Leidensi suppeditavit. Confecerat id olim Io. Frid. Gronovius, cum in Italia a. 1641. commorabatur, partim sua, partim aliena manu, eo consilio, ut opus illud, quod etiam tum ineditum erat, in lucem proferret. Ex itinere autem redux, dum apparatus critici supplementum, a Luca Holstenio ipsi promissum, exspectat, praepropera festinatio Possini necopinantem, non sine fraudis suspicione, antevertit, et propositi exsequendi, ut

fit, odio implevit. Res satis nota est cum ex iis, quae in Syllog. Epist. Burm. Tom. III. p. 175. 179. 186. 192. sqq. et 575. narrantur, tum vero etiam ex Epistola Gronovii, ad Ant. Clementium a. 1656. data et libro de Sestertiis subiuncta. In ea Epistola vir praestantissimus haec scribit, p. 681.: „Narro tibi, me Romae partim mea, partim multo auro redempta manu descripsisse Alexiades Annae Comnenae, et quia mendosum erat exemplar, cum Florentino, ob hanc ipsam causam in eam urbem, quam iam videram, reversum contulisse. Fecit idem postea otiosius Lucas Holstenius, ex cuius codice meum exemplum paraveram, et si edere vellem, illum iam emendatiorem benigne obtulit. Erat tum in Italia Nic. Heinsius, et cum sarcinis librariis, quas Venetiis mittebat, curandi ad me studium pollicebatur. Sed non potuit induci Holstenius, ut eum thesaurum mari committeret: terrestris via potior visa. Interceptus est liber in Gallia, traditusque P. Possino, ut verteret ac publicaret. Id quum per literas indicasset mihi Cramoysius, respondi nos omnes bono publico profiteri operam: qua in re si alius alium anteverteret, non simultates suscipiendas, sed grates agendas, quod labore sublevati essemus: utique illis, quorum non restringuntur intra angustum copiae, et restat satis, in quo laudem occupare possimus.“ Ex his verbis illud simul intelligitur, Apographum Gronovianum, cui ne ulla quidem notula, unde originis notitiam haurias, adscripta est, ex duobus codicibus paratum esse. Quorum quidem unum, Florentinum dico, Bandinius in Catalogo Codd. Graec.

Biblioth. Laurentian. Tom. II. p. 656. ita describit: „Animadvertendum est, inquit, deesse in hoc exemplari totum fere Prologum, cuius tantum extant ultima verba: *τοίνυν ἐνθένδε τῆς ἱστορίας κ. τ. λ.* Mox incipit *Ἀλεξιὰς πρώτη. Ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος κ. λ.* Desinit in Libro XIV. in verbis: *καὶ τὰς δυνάμεις ἁπάσας*, quae incidunt in edit. Paris. p. 449., ubi adnotatur in margine: "Hic deficit Codex Florentinus." Alius praeterea defectus duorum foliorum erat paullo ante finem Codicis, ut ex apposita marginali nota eruitur, *ἀπὸ τῶν ὧδε λείπουσι φύλλα δύο*, qui deinde manu item antiqua suppletus fuit. Codex membranaceus MS. in 4. maiori, Saec. XII., omnium praestantissimus, quem vel descriptum vel approbatum ab ipsa Anna doctissimus Langius suspicatur. Constat foliis scriptis 210." Cum hoc Florentino sive potius Mediceo codice liber Gronovianus ita congruit, ut tota Praefatio Alexiadis hic quoque desit, praeter verba extrema *τοίνυν ἐνθένδε* etc., quae p. 11, 7. ed. nostr. leguntur. Accedit, quod a folio inde vicesimo passim tam in margine quam inter lineas varietatem exhibet lectionum, modo litteris *Fl.*, modo *F.* solo, distinctam. Quibus litteris codicem Florentinum designari, nemo non videt. Praeter has lectiones, quae, unde venerint, ipsae loquuntur, nonnullae etiam, maxime ex iis, quae lineis superscriptae sunt, omni eiusmodi significatione carent. Quoniam autem eandem plane scribendi diversitatem, ac reliqua ex Mediceo hausta, prae se ferunt, nihil mihi probabilius videtur, quam has quoque lectiones ex eodem fonte derivatas esse. Ceterum specimina ista

pleraque, ac prope dixerim omnia, praestantia sua se commendant, et ut Langii suspicio de codicis Medicei aetate ambitiosior sit quam verior, tamen reliquis eum et vetustate et optimarum lectionum multitudine antecellere, res ipsa docet; ut magnopere dolendum videatur, Gronovio totius libri curiosius excutiendi otium defuisse. De altero, quo usus est codice, illud tantum constat, olim eum fuisse Lucae Holstenii. Reliqua, quae ad certiorem notitiam faciant, hodie in obscuro sunt. Nec tamen ex ipso Apographo, quae eius forma et conditio fuerit, non coniecturam caperé licet. Ac primum quidem is codex maxima libr. I. parte mutilus fuit, initiumque duxit, aeque ac Coislinianus, a verbis demum *μᾶλλον τοῦτον* etc. p. 75, 12. Gronovius certe ab his verbis, quibus Apographi folium 20. incipit, Alexiadem describere ingressus est. Quod vere dici, ostendit clarissime, ut alia taceam, litterarum series, quibus folia octona signavit. Siquidem illud ipsum, quod dixi, folium subtus litteram A quasi custodem habet. Quae praecedunt folia decem et novem, nullis insignita litteris, ea Gronovius tum addidit, cum Florentiae nactus esset codicem aliquanto auctiorem. Atque sic factum est, opinor, ut haec folia, quemadmodum supra monui, nullam prorsus codicis Medicei discrepantiam adscriptam habeant. Initium autem Holsteniani exempli etiam perquam mendosum fuisse, Apographum item arguit. Apponam hic verba, qualia primitus a Gronovio scripta sunt: *μᾶλλον τοῦτον κατέτλους ἐκείνου, ἅμα μὲν καὶ τὴν ταχίστην κέλευθον προαιρούμενος· ἅμα δὲ καὶ τὴν*

ῥάσην τῷ στόλῳ περιποιούμενος. Καὶ γὰρ χειμέριος ἦν ἡ ὥρα καὶ ὁ ἥλιος πρὸς τοὺς νοτίους κύκλους ἀπελαυνόμενος καὶ τῷ αἰγοκέρωτι πλησιάζων ὑπέτεμνε τὰ ἡμεράσια διαστήματα. ἵν' οὖν μὴ ἐξ ὑδροῦντος ἀφ' ἧς ἀρχομένης ἡμέρας ναυπλωΐσειε καὶ κλύδωσι τισὶ προσπελάσειεν, ἐπὶ τὸ δυῤῥάχιον ἐκ βρεντησίου ὅλοις ἱστίοις ἀπενεχθῆναι ἐβουλεύσατο. τὰ μήκη γὰρ τοῦ διαστήματος ἐνταῦθα συνετέμνετο ἐπισευομένου τοῦ Αδριατικοῦ πελάγους ἐκεῖθι. Οὐ μέντοι οὐδὲ τὸν υἱὸν Ρογέρην κατόπιν ἀπείλῃ καθάπερ βεβούλητο ἀπὸ ληίας κεχειροτονηκὼς κυρίου μου. Επεὶ οὐκ οἶδα πῶς εἰς οἷα δοξα πάλιν αὐτὸν συνετυπόμενον εἶχε· μεταξὺ δὲ πρὸς τὸ δυρράχιον ἀπέπλουν τήν τε κορυφὼ πόλιν ὀχυρωτάτην, ἣν ἀλλ' ἀπομένας φρούργος ἐξ ἀποστολην κατήρχοντο. Εκ δὲ τοῦ γύρου πεκτελόγγι βάρσους καὶ ἀπουσίας ὢν, ἀλλὰ μεμέμουσι, καὶ τὴν χώραν ἀργυροκάστρον κατέτρωσαν καὶ φορολογήσας προσδοκησίας καὶ τῷ δυρραχίῳ προσεσχηκέναι. Σοῦκας δὲ ὁπηνικαῦτα ἐτύγχανε παντὸς τοῦ Ιλλυρικοῦ στρατεύματος ὁ μονομαχάτος παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος βασιλέως αὐτοῦ ἀποσταλεὶς. καίτοιγε πρῶτον τὴν ἀποστολὴν ἀπεπέμπετο, καὶ τηνικαῦτα ἦν ἐν πίστει ἐπὶ τῆς τὴν λειθουργίαν ταύτην . . . . . καὶ δοῦλοι τοῦ αὐτοκράτερος . . . . . βουργῖλος τε καὶ Γερμανὸς ἑστηκότες τῷ Μονομαχάτῳ καὶ ἀεὶ τι δεινὸν εἶρον κατ' αὐτὸν ἐννοοῦντες κατεῖπον αὐτὸν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα συρράψαντα ὅπου τε καὶ βεβούλοιντο καὶ τοσοῦτον ἐνέφλεξαν τὸν τοῦ βασιλέως κατ' αὐτοῦ θυμὸν κ. τ. λ. Ita Holstenii codex locum exhibuit, postea a Gronovio Medicei ope correctum. Ne quis autem forte ex hoc initio,

omni vitiorum genere depravatissimo, de totius codicis virtute iudicium iniquius ferat, monendum est, quidquid deinceps Apographum inde habet, multo sanius esse, nec similem usquam corruptelarum nidulum inveniri. Omnino exemplum illud cum Coisliniano, quantum ex Apographo coniicere licet, maximam similitudinem habuit, ut alterum ex altero transcriptum putarem, nisi Holstenianum in ipsis illis, quae Coislinianum egregia affert, in reliquorum depravationem mira constantia discederet. Liber ultimus in Apographo ita desinit: *μὴ καὶ ἀναγράφοντες τὰ λυπηρὰ ἐμπικραινοίμεθα.* Quibus verbis Gronovius postea (nam manus ab ea, qua praecedentia scripsit, admodum discrepat,) subscriptionem addidit his verbis:

Ερρίκου τοῦ Δορμαλίου
Λῆξεν ὅπου βιότοιο Αλέξιος ὁ Κομνηνὸς
Ενθα καλὴ θυγάτηρ λῆξεν Αλεξιάδης.

Eosdem versus editio Parisina exhibet. Quamquam ibi rectius in extremo Αλεξιάδος legitur; nec Henrici Dormalii mentio fit, quem codicem descripsisse suspicor. Iam vero in calce Apographi quatuor habentur appendices, a Gronovio itidem recentiore manu exaratae. Quarum quidem prima continet Fragmentum libri XIII. p. 394. A. — 385. A., uno folio constans, quod ex Mediceo codice desumtum videtur, idque eam ob causam, quia Holstenianus ibi lacunosus erat, ut ex Apographo patet. Hoc autem Fragmentum excipit Epitome libri XII., quae inscripta est: ΑΛΕΞΙΑC ΔΩΔΕΚΑΤΗ. Sic incipit: *Τὰ μὲν οὖν τῆς πρώτης διαπεραιώσεως ἔργα*

τοῦ Βαϊμούνδου· καὶ ὁπόσα ἐπραγματεύσατο κατὰ τοῦ βασιλέως τὴν βασιλείαν γυρεύων· καὶ ὅπως μετὰ πονηρίας ἐξέφυγε· καὶ ὡς νεκρὸς εἰς τὴν κορυφὼ κατέλαβεν, ἤδη ἐγράφησαν. Λεγέτω δὲ καὶ ὅσα μετὰ ταῦτα εἰργάσατο. Folia implet undecim, desinitque in haec verba: ὁ βασιλεὺς δὲ φρονήματος ὢν μεγάλου, καὶ ψυχὴν ἀνανδρείαν (immo ἀνδρείαν) ἔχων, λύων τὸ ὑπόδημα αὐτοῦ, οὐ συνεστάλη· ἀλλ' εἶπε· πρὸς τὸ παρὸν ἂς ὑπάγωμεν ἵνα φάγωμεν· καὶ τὰ κατὰ τοῦ Βαϊμούνδου πάλιν ἵνα σκεψώμεθα. Proximis foliis quindecim continetur Epitome libri XIII., hoc titulo: ΑΛΕΞΙΑC ΤΡΙCΚΑΙΔΕΚΑΤΗ. Initium est: Ἐξεπλάγησαν μὲν οὖν ἅπαντες τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν στερρότητα τῆς τοῦ βασιλέως ψυχῆς· αὐτὸς δὲ τότε πρὸς τὰ μηνύματα ἐκεῖνα οὐ κατεφρόνησεν· ἀλλ' ἔσωθεν περὶ τὸν λογισμὸν αὐτοῦ πολλὴν εἶχε τὴν ταραχήν. διελογίσατο οὖν ἵνα ἐξέλθῃ ἀπὸ τῆς πόλεως· καὶ ταῦτα καὶ ἐν τῇ πόλει τότε πράγματα ὄντα ταραχῆς γέμοντα· ὅμως ἐξασφαλισάμενος καλῶς τὰ ἐν τῷ παλατίῳ καὶ τὰ τῆς πόλεως, καὶ εἰς φύλαξιν τούτων καταλείψας τὸν μέγαν δρογγάριον τοῦ στόλου τὸν εὐνοῦχον Ευστάθιον τὸν κυμινιανὸν· καὶ τὸν Νικηφόρον τοῦ δεκανοῦ λεγόμενον. Οὕτως ἐξέρχεται ἀπὸ τῆς πόλεως μετὰ ὀλίγων τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος πρώτης. καὶ ἀπέρχεται εἰς τὸ ἔξω λεγόμενον Γεράνιν. ἔνθα ἔστησαν αἱ βασιλικαὶ τένται. In fine desunt nonnulla. Quae enim ibi leguntur: Προσέτι ὁμνύω καὶ συμφωνῶ, ὡς ὅσαι πόλεις καὶ χῶραι . . . . , ea non ultra narrationem Annae p. 411. D. pertinent. Denique Epitome libri XI. sequitur, et titulo et ca-

pite mutila. Constat foliis octo. Ita incipit: *χρήματα ἀρκετὰ δοὺς αὐτῷ· ὅταν τούτους ἀγοράσῃ καὶ ἐλευθερώσῃ γράψας καὶ πρὸς τὸν Αμεριμνῆ πολλὰ περὶ τούτων. Ο δὲ ἀπελθὼν καὶ τὰς γραφὰς δοὺς καὶ ὑπαναγνοὺς χωρὶς τιμῆς, ἀπέδωκε τοὺς κόμητας ἅπαντας ἄνευ τοῦ Γοντοφρὲ· ἐκεῖνον γὰρ προέφθασε πωλῆσαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Βαλδουῖνον. ἐλθόντας δὲ τοὺς κόμητας εἰς τὴν μεγαλόπολιν ἐντίμως ὁ βασιλεὺς ἀπεδέξατο· καὶ χρήματα ἐπιδοὺς καὶ ἀναπαύσας μετὰ χαρᾶς ἐξαπέστειλεν εἰς τὰ αὐτῶν ὁσπήτια. Ο δὲ Γοντοφρὲ πάλιν δοὺξ ἐς τὰ Ιεροσόλυμα ἀποκατασταθεὶς, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Βαλδουῖνον ἀπέστειλεν εἰς Εδεσαν.* Quae verba incidunt in edit. Paris. p. 328. D. Finis hic est: *Εγὼ πρὸς τὴν ἰδίαν ἦλθον χώραν κακὰ κατὰ σου βουλευόμενος· ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ ζῶν τὴν Ρωμανίαν ἐτάραξα. καὶ ἀποθανὼν πάλιν μέλλω ταράξαι. Ενταῦθα γὰρ ἐλθὼν πᾶσαν τὴν Λογγιβαρδίαν καὶ τοὺς Νορμανοὺς καὶ τοὺς Φράγγους καὶ Αλαμάνους κατὰ σοῦ καὶ τῶν σῶν χωρῶν κινήσω. ἕως ἂν τὸ κοντάριν μου εἰς τὴν πόλιν πήξω. εἰς τοσαύτην ἀλαζονείαν ἐπήρθη ὁ βάρβαρος.* His subscriptum est: ΤΕΛΟC ΑΛΕΞΙΑΔΟC ΕΝΔΕΚΑΤΗC. Ipse Gronovius iam pridem in Obss. IV. 19. p. 747. duo ex hisce Epitomis protulit fragmenta, quae visum est hic apponere, quo certius libellorum istorum ratio cognoscatur. „Fragmentum, inquit, Alexiados Annae Comnenae translatum in linguam vulgarem Graecis ante captam Constantinopolim, lib. 13. *εἰσελθόντος δὲ τῆς τέντας ἐντὸς τὴν χεῖρα ἁπλώσας ὁ βασιλεὺς, καὶ τὴν τούτου κρατήσας χεῖρα· καὶ τὸν βασιλέα προσκυνήσαντος ἐκεί-*

νου κατὰ τάξιν, πλησίον τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ οὗτος ἔστη. Pro quo ipsa doctissima Princeps scripserat: εἰσελθόντος δὲ τούτου ἐκτείνας τὴν χεῖρα ὁ βασιλεὺς καὶ τῆς ἐκείνου ἁψάμενος χειρὸς, καὶ τὴν συνήθη τοῖς βασιλεῦσι προσαγόρευσιν ποιησάμενος, ἐγγὺς τοῦ βασιλικοῦ παρεστήσατο θρόνου. Sic et lib. 12., ubi Dyrrhachii situs describitur: ἐν τῷ μέσῳ δὲ εἶχε πέλαγος ἡπλωμένον πολὺ καὶ μακρὸν· κατὰ μὲν τὸ πλάτος παρατείνεται καὶ ἐξαπλοῦται εἰς τὰ πέραμα τῆς Ἰταλίας. Ipsa: ἐν τῷ μέσῳ δὲ ὑφήπλωται πέλαγος πολὺ καὶ μακρὸν, καὶ κατὰ πλάτος μὲν παρατεῖνον εἰς τὴν περαίαν τῶν Ἰταλῶν.“ His speciminibus insunt sane plura, quae quotidianam loquendi consuetudinem redoleant, qualis hodieque apud Graecos obtinet. Nec tamen vulgari lingua ea scripta crediderim, quippe quod vel Comnenorum aetate, nedum iis temporibus, quibus vixit Epitomator iste, sermonem, quo vulgo Graeci utebantur, in barbariem multo foediorem iam degenerasse, certissimis argumentis videor mihi probare posse. Quare sic statuo, Epitomatorem, cum Alexiadem ad faciliorem intelligentiam accommodare vellet, pro vocibus loquendique formulis exquisitioribus, quibus orationem suam Anna distinxit, notiora passim, interdum etiam de trivio sumta, substituisse. Quae licentia effecit, ut, quidquid discrepantium lectionum habet, perquam dubiae auctoritatis putandum sit. Quin adeo pleraeque ne dignae quidem videntur, quibus in Variarum Lectionum apparatu angulus concedatur.

Ab his Epitomis diversa et multo maioris ad crisin momenti est alia Alexiadis Epitome, libris VIII.,

quae codice Augustano, nunc Monacensi, continetur. Eam opera Dav. Hoeschelii editam esse August. Vindel. a. 1610. 4., non ignorant eruditi. At illud nondum in libris de litteratura Graecorum relatum invenio, hac Epitome non solum, ut vulgo existimant, ex Alexiadis libris octo prioribus, sed ex toto fere opere Excerpta contineri. Dudum id docuit, etsi parum accurate, Io. Christ. Wolfius in Catalogo Femin. olim illustr. p. 278. Nimirum editio Hoeschelii, si septem priorum librorum et initia et exitus comparaveris, cum Parisina plane congruit; liber autem ultimus complectitur res, a libro VIII. usque ad librum XIV. p. 445. A. perscriptas; sic ut l. IX. incipiat p. 133, 29., l. X. p. 137, 4., l. XI. p. 150, 20., l. XII. p. 161, 16. Utriusque reliqui libri Excerpta, ob codicis, ut videtur, folia turbata, alium ordinem habent, ac rerum series postulat. Liber enim XIII. incipit p. 163, 14. Tum sequitur p. 164, 14. initium l. XIV. Hunc rursus l. XIII. excipit p. 170, 24. Ultimis tribus paginis Fragmenta l. XIV. leguntur. Atque haec Augustana Epitome eas, quas Gronovius descripsit, longo intervallo vetustate praestat; siquidem confecta est ipsis Annae Comnenae temporibus. Cuius rei argumento est, quod Io. Zonaras, Annae aequalis, ea iam usus reperitur. Sic, ut hoc utar, Annal. Tom. III. p. 236., ubi rem, ab Anna L. V. 5. p. 248. traditam, refert, huius narrationem non ipse compendi fecit, sed qualis in Epitome legitur, ad verbum exscripsit. Nec dubito, quin olim hoc opusculum magis se legentium studiis commendaverit, quam ipsius Annae volumen, quod

magnitudine facile triplo maiori est. Etenim qui Epitomen paravit, non solum, ut Alexiadem in brevius contraheret, operam dedit, sed multo magis, ut ne quid excerperet, quod lectorum parum interfore videretur. Itaque tota subinde capita resecuit, et quominus defectus, hiante oratione, apparerent, etiam verba contigua, modo parcius, modo violentius, conglutinando interpolavit, cum cetera pleraque servaverit integra, multo certe minus sibi licentiae, quam Gronovianus iste, sumserit. Vix autem crediderit quisquam, quam misere deformata Epitome illa ad nos pervenerit. Nulla enim ferme pagina editionis Hoeschelianae est, quae, ut alia vitiorum genera omittam, non tres quatuor lacunas habeat. Vel sic tamen egregium ad textus emendationem adminiculum censeri debet. Possinus quidem satis habuit, Alexiadis Praefationem, quae in omnibus codicibus deest, inde sumere; reliqua ne adspexisse quidem videtur. Ego vero accurato eius usu didici, nullum facile codicem esse, cui Anna tantum debeat, quantum huic Epitomae; quippe quae sola non modo lectionis veritatem saepissime tueatur, verum etiam plura, quae mutila leguntur in reliquis libris, sana et integra exhibeat. Ceterum cum Hoeschelius codicem Augustanum, ut ex speciminibus, a Friderico Windischmanno, Prof. Monacensi, ad me missis, cognovi, non ea, qua par erat, diligentia contulisset, perquam opportune accidit, ut beneficio Tafelii V. C. Apographum nanciscerer accuratius, quod in Bibliotheca Tubingensi asservatur. Exemplum illud Augustanum triginta quinque annis,

priusquam Hoeschelii editio in lucem prodiret, descripserat vir de his litteris optime meritus, Martinus Crusius, qui Tubingae quondam philologicam disciplinam profitebatur. Cuius marginibus libri adscriptae quoque erant eiusdem coniecturae aliquot textusque complementa: ex quibus ego, quae probabilia videbantur, suo loco commemoravi.

Denique silentio praetereundum non est Fragmentum Alexiadis parvulum, quod emendandae Praefationi adhibui. Quod Fragmentum, iam Fabricio Bibl. Graec. Vol. VII. p. 727. commemoratum, exstat in Bibliothecae Parisinae codice bombycino, olim Colbertino. Initium tantum Praefationis continet usque ad verba *ὅσα ἡ φύσις*, quae p. 4, 14. ed. nostr. leguntur. Hanc collationem a Niebuhrio, viro desideratissimo, accepi.

Recensitis codicibus iis, quibus uti mihi contigit, non alienum videtur, etiam reliquos, quorum mentionem in scriptis eruditorum inveni, breviter hic commemorare. De codice Tolosano, supra iam monui, eum ex oculis usuque hominum dudum evanuisse. Iac. Cuiacius duos tantum, quod sciam, locos inde protulit, ad Institut. II. 1. §. 24., quorum unus est libri I. 7. p. 40, 11 — 16., alter libri XIV. p. 422. B. *σκολιώτατος — ποιούμενος*. In utroque loco nulla scripturae diversitas inest, nisi quod in priore pro *καταλείπουσι* legitur *καταλιμπάνουσι*. Eaque lectio huic codici propria est: unde vix dubium arbitror, quin a libris, quos novimus, omnibus Tolosanus fuerit diversus. Atque id certius fortasse constaret, si eiusdem codicis locum alium in-

spicere licuisset, quem in Petri Fabri, ICti Tolosani, Commentario ad Leg. II. de Iust. et Iure p. 751. exstare, Ducangius ad Ann. Comn. II. 8. p. 114, 19. testatur. Verum hunc Commentarium, etsi studiose quaesivi, nancisci non potui. Alter codex est Vaticanus, qui cum exeunte saeculo proximo Roma a Francogallis Parisios ablatus esset, ad pristinam sedem dudum rediit. Eius mentionem fecerunt Ste Croix, Examen critique des anciens historiens d'Alexandre le Grand, sec. edit. p. 759. et Frid. Wilken. Hist. Comn. p. XV. Minus recte postremo in loco Vaticanus alter appellatur. Error inde, ut opinor, venit, quod Fabricius in Bibl. Graec. Vol. VII. p. 727. codicem, quo Possinus usus est, Vaticanum dixit, cum fuerit Bibliothecae Barberinae. Is igitur liber vere Vaticanus in schedulis, a Niebuhrio mihi traditis, accuratissime sic describitur: „Codex bombycinus, forma maxima, foliis 392., satis luculenta et grandi littera, saeculo XVI. exaratus est. In eo continetur Annae Comnenae Alexias initio et fine mutila. In uno ex foliis chartaceis praefixis haec scripta sunt manu Fulvii Ursini: "Annae Comnenae Alexias. Ἀλεξιάς. Emptum ex libris cardinalis Sirleti", tituli instar; nam opus ipsum imperfecte incipit fol. I. recto, *μᾶλλον τοῦτον κατέτλους* (sic) *ἐκεῖνον· ἅμα μὲν καὶ τὴν ταχίστην κέλαιθον* (sic) *προαιρούμενος*, quae verba incidunt in lib. I. ed. Reg. 1651. fol. p. 37. D. Desinit fol. 391. verso: *μὴ καὶ ἀναγράφοντες τὰ λυπηρὰ* (hic lacuna indicatur) *ἐμπικραινοίμεθα*. Deinceps fol. 392. recto maximis rubrisque litteris subscriptio legitur: *τέλος σὺν θεῷ τοῦ παρόντος βιβλίου.*

Omnium librorum initia et fines cum editione conveniunt. In uno ex foliis praefixis, nescio cuius manu, nota perarata est eiusmodi: "Quae hic desunt in proximo libro, vide in impresso sub no. 6152. Caeterum in impresso plurima desunt, quae ex hoc mscto supplenda sunt." Sed hoc in fraudem ne ullum inducat. Nam intelligitur editio Hoeschelii admodum lacunosa. Regia autem editio, tantum abest, ut ex hoc codice compleri possit, ut ipse innumeris locis ex ista et supplendus sit et corrigendus. Etenim quae lacunae sunt in ed. Reg. lib. XIV. p. 421. D. lib. XV. p. 464. B. p. 470. B. p. 471. B. p. 499. A. et totis paginis 500—507., item eae in codice inveniuntur fol. 325. recto, 356. recto, 360. verso, 361. recto, 385. recto, 386. recto, sequentibusque foliis, et nonnulla, quae integra sunt in editione, in codice sunt manca, punctisque in vacuis spatiis notata. Eiusmodi locos offendimus lib VII. fol. 119. verso, lib. VIII. fol. 147. verso, lib. XV. fol. 354. verso, alibi. In margine scholiola leguntur, rubricata plerumque. Fol. 109. verso, ubi Alcibiades Atheniensium muros contra Lacedaemoniorum voluntatem instaurasse scribitur (lib. VII. p. 174. D.), adnotatur: *τὸν ἄριστον στρατηγὸν, Θεμιστοκλῆ, φησιν ὁ Θουκυδίδης τοῦτο πεποιηκέναι.* Fol. 122. recto, de Danubio (lib. VII. p. 192. B.) *Ἴστρος ὁ ποταμὸς, ὁ παρ' Ἑβραίοις Φυσῶν* (sic), *παρὰ δὲ Ἰνδοῖς Γάγγης, παρὰ Αἰθίοψιν Ἰνδὸς, παρ' Ἕλλησι δὲ Δανούβιος.* Fol. 151. verso, de Scytharum invasione (lib. VIII. p. 225. C.), quos paullo ante ab Alexio victos Anna scripserat, *ποία οὖν ἡ τοῦ βασιλέως νίκη, ὦ*

συγγραφεῦ, τῶν Σκυθῶν, ὡς φῇς, ληϊζομένων ἅπαντα, ὡς καὶ τὰς πύλας τῆς πόλεως ὑποκλίνεσθαι. Quorum scholiorum nonnulla in ed. Reg. latine versa videmus et edita.“ Ab hoc codice Vaticano non diversum puto eum, unde Leo Allatius, cum editio Parisina nondum prostaret, satis ampla fragmenta descripta inseruit libro de Eccles. Occident. et Orient. perpetua Consensione, qui Colon. Agripp. a. 1648. 4. prodiit. Ipse quidem Allatius, qui incommodus saeculi mos erat, nihil de codice suo addidit. Sed tamen coniectura mea multum inde habet probabilitatis, quod Allatius ei ipsi Bibliothecae olim praefuit, quae codicem illum possidet, a Fulvio Ursino, ut arbitror, legatum. Vid. F. Blumii Iter Ital. III. p. 39. Iam vero fragmenta, ab Allatio l. II. c. 10. p. 625. 629. 631. 633. 636. prodita, haud exiguam variantium lectionum copiam continent; quas inde exsignatas sedibus suis memorassem, nisi Allatii librum sero inspexissem. Itaque eas, quatenus ad hoc Volumen pertinent, nunc libet adscribere; reliquas alteri Volumini seponam. Sunt autem hae: p. 265, 15. ed. nostr. *τἀδελφοῦ.* 19. *ἄλλατα.* 266, 4. *κατὰ τὸν φάμενον — γαρυδᾶν.* 5. *ἑαυτὸν.* 7. *ἐφ' ἑαυτοῦ.* 8. *τουτουὶ* om. 10. *τῶν* om. 12. *τούτων τῶν δογμάτων.* 14. *κακῶς τῷ Ἰταλῷ.* 18. *παντὸς — λέγοντος.* 267, 1. *παραιτούμενος.* 11. *ἔσπευσε.* 286, 15. *διανείμασθαι — ἐκέλευσεν.* 17. *ὑπαρόρους.* 286, 4. *ὅπῃ.* Quas quidem lectiones, etsi numero illas pauciores, si quis cum reliquorum codicum scripturis comparaverit, satis liquido apparebit, exemplum illud cum Holsteniano, quo Gro-

novius usus est, cognationem habere maximam, quamvis rursus non desint, quae utriusque libri diversitatem arguant.

Iam de consilio, quod in adornando Alexiadis textu secutus sum, pauca dicam. In quo genere hanc mihi legem constitui, ut verba ad solam codicum auctoritatem exhiberem, neque usquam a scriptura, qualis in editione Parisina extat, recederem, nisi aliorum librorum lectio vel rei veritati, vel analogiae grammaticae, vel denique Annaei sermonis consuetudini elegantiaeque magis consentanea videretur. Ubi vero libri ob depravationis communionem me destituerent, a coniectandi arte, quae codicum vicaria est, auxilium petii. Quamquam eiusmodi in locis sedulo cavi, ne, siquid ingenio a me repertum esset, in ordinem temere reciperem. Praeterea interpunctionem, quam Possinus ex codice suo perversissimam reliquerat, passim mutavi, eaque sola re effeci nonnunquam, ut loci, ad intelligendum antea impediti, lucem nanciscerentur suam. Codices litteris suis initialibus distinxi. Igitur P. significat codicem Possini sive editionem Parisinam, F. Florentinum, C. Coislinianum, G. Gronovianum, A. Augustanam Epitomen, E. Epitomas Gronovii, Fr. Fragmentum codicis Parisini. Sicubi in apparatu critico unius editionis Parisinae lectionem indicavi, quod aliquoties factum memini, sciendum est, textus scripturam reliquorum codicum fide niti.

Volumine altero exhibebuntur Annotationes meae, in quibus cum locos difficiliores vel obscuriores illustrabo, tum lectionis, sive novae sive intactae

veteris, ubi opus videbitur, rationes reddam, et si forte longior usus, ut assolet, meliora me docuerit, ea addam. Nam etsi vix ulla editionis Parisinae pagina est, in qua non ter amplius vel librorum scriptura melior restituta, vel coniectando veritas lectionis inventa sit, tamen tantum abest, ut perpurgasse iam textum mihi videar, ut non pauca etiam nunc residere doleam, quae emendari poscant. Quin nunc ipsum, dum hoc Volumen, pridem a me absolutum, tanquam alienus spectator, perlustro, vitia nonnulla deprehendi, vel prorsus a me neglecta, vel minus feliciter tentata. Cuius duplicis generis exempla aliquot hic proponam. Pag. 9, 10. pro corrupto *θειοτέρας* lege *θειοτέρου*. Mox l. 15. recipere debebam, quod Hoeschelius coniecit, *ἀφ' ἧς*. 17, 21. pro *οἱ μὲν γὰρ* scribe *οἱ μὲν οὖν*. 18, 13. *ἡμῖν* sanum est. 21, 2. in verbis *ἥπλωτο μὲν τῇ γῇ*, dativus non habet, unde pendeat. Quare lege *ἐφήπλωτο*. Quod verbum etiam apud Glycam p. 623, 9. in vitium abiit, a Bekkero notatum. Deinde l. 7. recte A. *ἐγκείμενον*. Nec minus probum est, quod l. 10. in G. legitur, *πανταχόθεν*. Eadem corruptela p. 32, 14. tollenda, licet omnes libri *πανταχόθι* habeant. 24, 15. *τοσοῦτο*, quod G. dat, non recipiendum erat pro rariore *τοσοῦτος*. Locutionem exemplis cum aliorum scriptorum, tum ipsius Annae p. 381. B. firmavit Lobeck. ad Phryn. p. 424. 27, 10. lege cum A. *μεμαθήκει*. 29, 6. pro vitioso *ἀπελάττειν*, nunc non dubito, quin reponenda sit lectio A. *φυλάττειν*. 37, 5. *μεμηνόσιν ἐῴκει καὶ οὔτε ῥαστώνης ἐν χρείᾳ ἦν*. Frustra conieci *καὶ οὔτι γε*. Lege *καὶ οὐ τῆς ῥ*. Ita

alibi loquitur, velut in Praefat. p. 4, 13. *δεῖ γὰρ ἐξορχεῖσθαι ταῦτα, καὶ οὐ περιαυτολογία τὸ πρᾶγμα.* Vid. Schaefer. ad Apoll. Rhod. T. II. p. 218. Mox l. 11. recte A. *ἐκεῖθεν.* Formula Annae usitata: p. 139, 12. 366, 3. et, omisso *ἔνθεν*, 217, 18. 411, 13. 430, 10. 40, 6. malim *Βαρδάριον*, quod A. praebet. Vid. Tafel. Mus. Rhen. V. 2. p. 185. 41, 13. *τοῖς* ante *ἐκεῖθι* non delendum. 42, 16. placet coniectura G. Dindorfii, in Thes. Steph. Vol. II. p. 1516. pro *διώκλα* scribentis *διώκλαζε.* 45, 2. ante *μέσον* excidisse videtur *εἰς.* In sqq. l. 12. restituendum est *διηγήσομαι.* Ibidem l. 16. pro *ἕνα* bene A. *εἶναι.* 49, 13. pro vitioso *τοῖς πρὸς ἡμᾶς* emendo *τὸ πρὸς ἡμᾶς.* 51, 11. *ἄγεσθαι* mutandum censeo in *ἄρχεσθαι.* 59, 14. *γε* dele cum A. 31, 1. recipere debebam *τούτῳ*, quod in F. legitur. Nempe interpunctio, qua locus laborat, imprudentem me decepit. Ita scribendus est: *οὐδὲ διὰ τὴν ὑποτρέχουσαν ὑποψίαν, ὅτι πατήρ ἐστι, περὶ οὗ συγγράφομεν, τὰ κατορθώματα τούτῳ παραδραμούμεθα.* In seqq. l. 3. recte idem F. *ταύτην.* Totam autem sententiam sic scribe: *ἐμοὶ γὰρ ταύτην ἐχούσῃ σκοπόν, ἄνωθεν καθάπερ πολλάκις εἴρηται.* 96, 3. ex A. *μὲν* ascisci oportuit. Vid. Niceph. Bryenn. II. p. 94, 16. 98, 5. corrige *τῇ δὲ μετ' αὐτὴν*, ex constanti Annae usu: p. 116, 5. 340, 14. 400, 5. 419, 12. 439, 20. 103, 13. pro *ἀφροντησίαν* scribendum est cum A. *ἀφροντισίαν*, ut p. 139, 4. 181, 18. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 510. 106, 10. *ἐκεῖνος δὲ τοῖς τῶν μοναχῶν ὑποζυγίοις ἐπεισάξας τὰ ἑαυτοῦ.* Nihili est *ἐπεισάξας.* Corrige: *ἐπισάξας.* 111, 18. coniunctim scribe *κα-*

τασυστάδην, quod Lexicis deest. 129, 2. μονάδιον, quod Hoeschelius coniecit, reponendum erat, suadente Ducangio Constant. Christ. IV. p. 125. 176, 13. σωματικὰ δεύτερα τίθεται λόγου. Locus restituitur facillime, si δεύτερον, quod C. habet, in δευτέρου mutaveris. 193, 20. ἐπεὶ ὁ Βαϊμοῦντος καρτερώτερον αὐτοῖς ἐπεμάχετο. Ita nunc legitur, contra sensum. Emendo: ἀπεμάχετο. 215, 1. pro ἡ δὲ scribe ἥδε, pleniore interpunctione post θέσις posita. 273, 20. κατὰ δεκάδας τοὺς λογάδας τῶν Μανιχαίων ποιεῖσθαι ἐκέλευσε. Pro inepto ποιεῖσθαι nunc malim πορεύεσθαι. 328, 8. lege οὐτινοσοῦν. 337, 5. pro τούτων lege τούτου, ut ad solum Caesarem respiciat.

Verum haec obiter. Nam de eiusmodi locis plerisque, in quibus scriptoris manus nondum restituta videtur, tum proprie agendum erit, cum Annotationes scribam. Nunc reliquum est, ut de interpretatione Latina, quam huic editioni novam addidi, verbo moneam. Id negotium, molestiae taediique plenissimum, ut susciperem, res ipsa exigere videbatur. Nempe Possinus, cum non tam vertendo, quam enarrando operam daret, mirum quam libere non in verbis modo singulis, verum etiam in totis sententiis reddendis versatus est, circumscribendo, affingendo, primis postrema miscendo, omnia denique obruendo ingenti verborum flumine. Unde factum est, ut Alexias Latina in amplitudinem duplo maiorem excreverit, quam Graeca, et altera alterius ne umbram quidem referat. Quo minus autem Possinianae versionis luxuriem depascere licuit ad ali-

quam Graeci exempli similitudinem, eo fuerat optatius, quod Alexander Diesterwegius, discipulus quondam meus, suam mihi operam ad novam parandam ultro pollicitus erat. Iamque iuvenis egregius, qua erat diligentia animique alacritate, exantlaverat aliquantum laboris, atque etiam nonnullos locos, corruptelarum labe affectos, eadem opera ad sanitatem redegerat, cum, ecce, mors eius immatura, quae tristis et acerba nobis accidit, incepti persequendi spem omnem evertit. Itaque ipse de integro rem aggressus, legentium utilitati maxime consulturum me putabam, si, quantum a temeritate ac lascivia decessoris mei abessem, tantum morositatem illorum interpretum fugerem, qui singulis annumerandis verbis fidem constare opinantur. Hanc interpretandi viam, quae inter duas maxime diversas sola ad probabilem scriptoris imaginem ducere mihi videbatur, omni, qua potui, constantia tenere studui, ac nisi plane turpiter in alterutram partem peccavi, non verendum erit, opinor, ne aequi lectores, si quae leviora errata deprehenderint, non condonanda censeant. Ceterum Argumenta, singulis libris praeposita, nova et ipsa sunt. Libenter servassem vetera, nisi rerum ab Anna narratarum seriem parum perspicue ostenderent. In meis praecipua tantum historiae capita indicantur, quae, quo commodius reperiri possent, etiam in textu Graeco numeris distinguenda curavi.

E Possini Glossario, quod post Ducangii Commentarios, nobile illud eruditionis monumentum, nemo facile integrum requirat, resectis verborum

ambagibus, ea excerpta dabo, quae ad rem facere videantur. Denique extremo operi subiungentur et rerum et verborum Indices novi, quorum alter plura vocabula exhibebit, quae in Lexicis nostris frustra quaeras.

Scrib. Bonnae mens. Sept. a. 1839.

PETRI POSSINI

DEDICATIO ET PRAEFATIO.

AMPLISSIMO ILLUSTRISSIMOQUE VIRO

D. D.

PETRO SEGUIERIO,

FRANCIAE CANCELLARIO.

Non eget apud Te quidem Interprete vetustas ulla, aut eruditarum litterae Gentium: Tamen haec Graecae Princeps facundiae cuius arce dignum Opus e tenebris in lucem publicam nunc emergit, me interpretem apud te iubet esse, non orationis certe aut sermonis sui, ubi nihil eruditioni tuae non pervium est, sed animi grati atque officii, quorum significationes nunquam satis magnas, satisque vel tuo merito, vel suae voluntati respondentes edere se ullas putat posse, quantumvis accumulet plurimas. Anna ea est Comnena, decima Musarum, et Pallas quaedam Byzantinae Graeciae, cuius Porphyrogenitae licet ac primogenitae moderantis orbem Principis, si quis ingenii opes ,aestimet, Augustos natales, atque illam cunarum purpuram in minimis ornamentis numerabit. Haec nullius eruditarum rudis artium, praesertim autem Eloquentiae consulta; religionis quoque omnibus et humanitatis elimata officiis; ac collectis iis cunctis una florens dotibus quae omnibus absolvere numeris non Regiam Matronam quamlibet, sed eam possent quam sui aevi miraculum iure diceres;

contenderat omnes nervos industriae in elucubratione operis ingentis, in quo decorum istorum omnium insignia specimina extarent: Historiae videlicet rerum longo Patris sui principatu maximarum ac mire variarum terra marique tota fere Asia Europaque gestarum: quas accuratissima collectionis diligentia, nec minus scita descriptione ordinis, atque explicationis ornatu complexa, simul praeclare a se consultum rebatur rationibus publicis tantae utilitatis libro vulgando; simul privatas spes famae ac memoriae perennis, quas isto pietatis eodem facultatisque suae consignasset monumento, non male constitutas gratulabatur. Caeterum quam vere illud olim scriptum a quodam sit: *Quantumvis docta disertaque opera blattis nihilo secius ac tineis epulas datura, nisi potentis et benigni Genii efficaci providentia curentur*: non alio melius exemplo, quam huius Libri misera et lamentabili fortuna comprobatum est. Tam venusto is quidem elocutionis flore comptus ortu ipso primo prodiit, ut si fabellas et nugas meras ista elegantia garriret aniliter, ornatu solo dictionis honoratum inter Scriptores Atticos primi subsellii eblanditurus sibi facile locum fuerit. rursus tam grave tamque scitu necessarium, tali dispositionis arte, tantaque maturitate iudicii argumentum explicat ac digerit, ut si loqueretur inquinatissime, tamen splendore sensuum illuviem verborum, et historiae non alibi narratae praestantia, labem barbarae ac balbutientis orationis posset redimere. Postremo quod mulierem eandemque in regno natam ac nutritam Operis spissi prolixique fuisse autorem constat, res est profecto eiusmodi quae scriptioni nec styli alioqui nec materiae genere tolerabili, raritate ipsa et admirabilitate scriptricis Reginae pretium apud aequos aestimatores rerum abunde magnum conciliatura videretur; ut non ferri solum et legi sed celebrari etiam atque expeti iure deberet. Et tamen: O rem miramne magis dicam an miseram! tamen ille tot nominibus ad famam atque ad celebritatem commendatus Liber, spretus, abiectus, neglectu omnium obrutus annis quingentis in situ

ac tenebris iacuit: ac cum olim tot aliae nulla huic ex parte comparandae Graecorum, ultimae, mediae, citimae vetustatis lucubrationes, vel a Venetiensibus Aldi typis, vel a Basileensibus Frobenii, vel ab aliis alibi lucem acceperint; et cum multi extiterint utraque docti lingua homines qui Latine interpretandos e Graeco libros ambitiose conquirerent, una ferme omnium Annae Alexias fuit quam sua quaedam incredibilis infelicitas prohibuerit, ne in ullum umquam Graecum Typographum, in Latinum Interpretem ullum incideret. Nam Hoeschelianorum excerptorum Augustanam emissionem illam nemo aequus opinor magis gratulandam Caesarissae putaverit quam puerperae aborsum passae infelicem eiectionem foetus monstrose mutili et mortui. Fuit tamen cum respexisse Annam melior fortuna visa est. Iacobus Cuiacius vir longe omnium ingenio, Iuris scientia, Linguarum notitia clarissimus, Alexiadis codicem nactus, legit, suspexit, praedicavit. Denique, quo nihil Annae, nihil rei litterariae consulere opportunius potuit, viro illam ornatissimo eruditissimoque commendavit Petro Fabro, a quo editionem cum interpretatione Latina coniunctam sperare ipsam oporteret. At o fallacem reconciliatae cum sorte adversa gratiae fidem! recruduit brevi atrocior quam antea fatorum in Annam rigor: nunquamque desperavimus de illa iustius quam ubi proxime spem veneramus. Subtrahitur rebus humanis re infecta Faber. Exemplar unicum Alexiadis ex eius scriniis clam aversum in nescio quod barathrum quasve latumias contruditur inexorabilis custodiae: nisi potius (quod verisimiliter alii rentur) casu quodam infesto absumptum est funditus. Hic tua quaedam, Vir Amplissime, rerum fato prudentia maior et in rem litterariam nullis deterrenda difficultatibus, nullis coercenda finibus benignitas, velut e machina Deus, adfuit. Capessis hanc curam, adhibes animum, lustrari Bibliothecas iubes, versas, inquiris, qua vales propter summam autoritatem potestate longe, prope, in nostrate, in extero solo, moliris, indagas, retegis, satagis plurima. Postquam satis constitit ni-

hil in Gallia, nihil in Germania, nihil uspiam Cisalpinarum gentium spei aut praesidii ad Annam esse, in Italiam transvolas, Romae rem curas, accersitum inde Codicem Bibliothecae Barberinae non optimum aut integerrimum illum quidem, tamen eiusmodi quo Interpres non hebes, nec plane imperitus consolari desiderium melioris posset, cum nonnulla fiducia operae navandae; allatum, inquam, ad te Roma Lutetiam eiusmodi codicem ad me Tolosam mittis. Affixis implicitusque tum eram curis toto, ut ita dicam, caelo diversis; neque iis aut numero paucis, aut genere levibus. Hinc Marcus, Lucasque, Matthaeo iam perfecto promissam reposcebant operam. Aliunde divinae litterae professorem suum iure manu consertum tenebant ne ad humanae historiae interpretationem descenderem. Denique cepta varii generis complura clausulam colophonemque flagitabant. Quid agerem? tua Mecaenas haud mollia iussa. induciis utcumque impetratis; et quasi ab urgentioribus creditorum mora solutionis exorata, totum Annae me tribui, totum impendi: et totum ita res poscebat ut nec totus sufficerem. In scriptione passim incerta exemplaris tumultuaria collatione concinnati coniectura et suspicione utendum plurimum. Lacunae divinationibus supplendae. Cavendum ne longe ornatissima Comnenae oratio nimis inaequali versioni Latinae compararetur; non minori fastidio convitioque oculorum, quam si holosericus viva purpura lucens pannus sacco cilicino aut pullo centoni assueretur. Verendum ne (quod parum vitasse aliquos querela multorum est) interpretationem Latinam facerem similem setacei cribelli, quod immissae in cerniculo farinae florem ipsum ac purum pollinem transmittit, furfures ac sordes meras retinet et exhibet. Ad haec quoniam in Caesarissae familiam nomine atque autoramento Interpretis transcribebar; tenenda vis huius officii, quod quale sit, ex muniis eiusdem generis, principalium scribarum et palatinorum commentariensium potest intelligi. Iis Reges Reginaeque uti solent ad scribendas quas quoquoversum missitant litteras,

quarum sententiam ubi verbo aut nutu indicarunt, istorum iam negotium est, pro sua cuiusque facultate, mentem subscripturi deinde Principis, ex eius dignitate reique merito quam aptissime quamque disertissime disserere. Postremo conandum ut Graeci quem exprimendum susceperam archetypi non superficiariam solum formam aut extima dumtaxat lineamenta (qualia viventium in mortuo restant cadavere) stylo utcumque assimulata redderem: verum illum insuper vigentem ac vegetantem intus, subindeque vivis ex arcano evibrationibus micantem Latinae quoque expositioni penitus inderem atque inhalarem, si possem, spiritum, velut ignem, aiunt, aetherea subductum domo luteo Prometheus operi miscuit, nihil alioqui supra massam vilem madefacti pulveris futuro. His ego tot cautionibus, tot circumspectionibus, ac destinationibus tam variis praemunitam, imo defixe intentam, atque anxie sollicitam mentem habui tota in functione demandati huius a te mihi muneris luculentissimae historiae Latinis edendae litteris. Quamquam meae me imbecillitatis conscientia nimium timere cogit, non modo ne quod sequebar non assequutus sim, verum etiam ne in alias diversi generis reprehensiones incurrerim. Scio nimirum scio, haec de qua dixi, quam profiteor, libere politeque interpretandi secta et ratio, cui quantaeque offensioni exposita sit tristium censurarum. Sunt qui nares corrugent, qui superciliose renuant quoties excurrit Latina oratio supra Graecae modum; quoties vicissim fluentem velut sinum Asiatici Syrmatis Romanae munditiae breviore succinctum nodo cogunt. Quis omnes enumeret delicias fastidiorum, quarum in censum veniunt oscitationes male feriatorum supina interdum et semisomni lectione nihil nisi ansas vellicandi captantium. *hic enimvero,* aiunt, *Graiae acumen argutiae pinguem interpretem haud pupugit.* Alias subsannant: *hui quam patulum circa orbem errat!* est ubi *flagitium!* increpent, *quod* iudicio ipsorum *strangulentur autoris sensa, quod mutentur aurea plumbeis. quod stricti sales intemperanti Latinae copiae superfusione*

liquefiant. Denique interim bilem erumpunt indignantes: *exurdato barbarie palato non sapuisse salivam Atticam.* Haec et eius generis caetera praeterquam longum, etiam nec mihi promptum, et alioqui exitu anceps fuerit velle purgando ac pro me dicendo refellere. Nunquam equidem soleo mihi nimis tribuere. quin adeo plerumque ipse mihi parum aequus sum; quippe ingenii ac facultatis quanta sit tenuitas conscius animus, iudicia reprehendentium vel excipit assensu facili, vel ultro consciscenda censura praeoccupat. nunc vero etiam plusquam alias male metuo, ne alibi vis, alibi ars, alibi felicitas satagenti licet mihi frustraque molienti defuerit. Quamobrem singula obiecta si persequar, quaedam forte sint quibus diluendis nec coronae, nec iudicibus satisfaciam, nonnulla etiam in quibus accusatori reus sponte confitens palam dem manus. Innocentiae meae tamen et fidei hoc in negotio optimae non a criminationibus magis alienis quam ab ipsius mei morositate iudicii periclitantis, ne penitus causam deseram, profitendum hic est, me nutu ac iussu tuo suscepta provincia quam minime male defungi studuisse, in eo nec tempori nec labori, nec contentioni pepercisse unquam. Successus quis tandem conatui responderit, ut producendae nequidquam multis clepsydris apologiae compendium uno verbo faciam, tui Vir Maxime, iudicii, tui arbitrii res esto. nemo erit omnium (sat scio) tam pervicax qui si minus propter amplissimum magistratum, quo iuris et aequi moderamen Tibi summum attributum est, certe propter notissimam omnibus, et ultra etiam quam Imperii fines Gallici pertinent, celebrem ac venerabilem aequitatem, doctrina varia omnisque generis sapientia coniunctam, non tuae standum definitioni putet: me quidem ipso, quocumque alea verterit, adeo nihil contra excepturo vel provocaturo, ut subscriptorem adstipulatoremque cuiuscumque sensus tui iam hinc ultro pollicear. Te fere in scribendo spectabam unice, tibi me fingebam parabamque: tibi si placui, abunde mercedis est. nam praeterquam quod laudis publicae praeiudicium, favor tantae

autoritatis certum habet: vel si probares solus damnantibus cunctis ad famae rationem fructumque animi, unus mihi tu instar millium, instar omnium merito fores. Sin vero reprehendis, non continuo lusisse me operam aut plane votis excidisse iudicabo. Ab irretorta mentis vi, ab aquilina intelligentiae illa tuae acie, cui fucum nullus color facere, nulla se probare mendax gratia, nulla placere nisi viva nativaque pulchritudo potest, ad indulgentissimam clementiam benignissimae humanissimaeque voluntatis me recipiam; ibique asylo tutus certissimo spem in sinu dulcem alam, fore ut venia consoleris quod remunerari laude minus potes; et trans vitia ineruditae manus, benevoli pectoris officio agnito nec spreto, quodcumque hoc est quamvis illepidi munusculi, monumentum aeternum esse patiaris eius observantiae ac venerationis qua te summa verissimaque prosequitur,

ILLUSTRISS. AMPLITUDINI TUAE,

Scribebam Tolosae III. *Kalend.*
Quintiles anno CIↃIↃCXLIX.

Deditissimus PETRUS POSSINUS
e Societate IESU.

LECTORI.

Nec miror nec aemulor mature disertos illos qui libros in librorum principiis faciunt, et inexhausta loquacitate Prooemiorum sedulo id agunt, ut oculi legenti doleant priusquam is primum Operis versum viderit. Ego tibi, LECTOR, *quominus statim fruaris tamdiu optato Byzantinae Caesarissae colloquio, moram unam obiicio (nam Glossarium Annaeum,*

transvoles licet: non enim ante omnia perlegendum; sed in tempore consulendum seponitur) moram, inquam necessariam interpono unicam, Praefatiunculae paucis complexurae; quo casu, quove statu Alexias Annae Comnenae meas in manus venerit; qua spe quave conditione in tuas transeat.

Iam tum ab adolescentia, quam mihi transigere Tolosae contigit, ingenti desiderio flagravi Alexiados Annae Comnenae explicandae Latinis litteris, et luce publica donandae. Alebat id votum lactabatque blanda spe sedes illa ipsa studiorum: quod in qua vivebam litterisque operabar civitas unicum eius operis antiquissimum et integerrimum exemplar habere dicebatur. Egi ergo, sategi, per me, per amicos movi multa, quo istius mihi copia fieret codicis. a nobilissima clarissimaque Fabrorum Saniorianorum familia in Musaeum τοῦ μακαρίτου eruditissimi Petri Fabri humanissime admissus, versatis illic otiosissime curiosissimeque cunctis multum frustra bibi pulverem. Indagavi etiam omnibusque vestigiis odoratus sum ecquam in urbis aliam rara et peregrina haec avis evolasset domum. non plus profeci quam Cadmus cum Europam quaereret. Atque hic praedicandae locus est officiosissimae benignitatis Illustrissimi D. Caroli de Montchal Archiepiscopi Tolosani, qui pro caetera humanitate qua studia semper mea prosecutus est, tunc etiam non indignum celsitudine sua credidit in istam mecum curam descendere; et autoritatis interpositione suae tantae huius effectum voti mihi conficere conari. Elusit tamen indagationes, petitiones, machinationes omnes vel nescio quis casus alius, vel obstinatissima iniquitas eorum, qui captivam illustrem aeternis detinere tenebris cum incommodo et gemitu Orbis totius deliberatissimum habent. Multi deinde anni mihi alia cogitanti omnia et Alexiados iam plane oblito fluxerant, cum vir honoris causa nominandus Petrus Seguerius Cancellarius Franciae, qui amplissimae dignitati parem Religionis, Iustitiae, virtutisque omnis; tum vero etiam eloquentiae et eruditionis excellentiam adiunxit, animadvertens a collectione Historiae Byzantinae quam Typis edi Regiis iusserat, Alexiadem Annae Co-

mnenae non tolerabilius abesse posse quam ver ab anno, egit Romae per litteras et certos homines cum Eminentissimo Cardinali Francisco Barberino, Principe iuvandis litteris nato, ut si quem locupletissima sua librorum veterum et rarissimorum penu Annae Comnenae codicem haberet, eius copiam ad editionem Praelis Regiis ne commodare gravaretur. Misit is statim librum in charta scriptum non antiqua manu, nec integrum: sed Lucae Holstenii virî doctissimi Barberinae Bibliothecae curatoris diligentia solers fecerat, ut usui esse pene pro integro posset. Is codicem hunc multis locis mutilum cum alio pervetusto in membranis, imperfecto et ipso lacunisque deformato, quem ante hos paucos menses in Bibliotheca Mediceа Florentiae vidi, accuratissime contulerat: ac quia non fere iisdem locis ambo exempla deficiebant, unius hiatibus ex altero explendis, non exiguo nec parum nobis praedicando labore suo proxime integritatem perduxerat Barberinum codicem; quem Illustrissimus Cancellarius ad se Roma perlatum, cui vertendum Latine traderet, non diu quaesiit. Magnarum est et regendis terris a coelo paratarum mentium, nihil quamvis obscurum atque humile nescire. Igitur mei quoque nominis quadam usque ad istum apicem forte appulsa mentione; cum praeterea memoraretur me operam olim aliquam in quaerendo posuisse Tolosano Fabri Codice; voluntatemque ostendisse Alexiados interpretandae, negotium statim datum est honesto in primis viro Sebastiano Cramoisy Officinis Typographiae Regiae Praefecto, mittendi quamprimum ad me recens allati Roma Codicis: quod ille fide summa, mora nulla praestitit, adiunctis litteris quibus significabat, gratum me, Amplissimo Cancellario facturum, si, quod primum suppeteret otium, in versionem Alexiadis conferrem. Eram ego tum haud parum diversis sacrarum litterarum studiis immersus: primusque ille ac iuvenilis ardor operae navandae in Graecis interpretandis, et tempore ipso consenuerat, et experientia molestiae nequaquam pari fructu compensatae quae pertricoso isti negotio inest, refrixerat sane plurimum. Tamen reverentia venerandi nominis instinctus, sublatis repente

ac sepositis quae in manibus erant cunctis, totus ad exhauriendum tantae autoritatis mandatum incubui. Ac principio sic constitueram: duo esse praecipua in quibus elaborare me oporteret. nam et faciendum esse, ut Graecum exemplar quam emendatissimum exiret, tum annitendum postea, ut quae ex eo exprimeretur Latina versio, veram Autoris sententiam rectissime assequeretur, planissimeque redderet. Quarum rerum cum is ordo comparatus natura sit, ut illam huic praeverti sit opus, appellenti mihi ad priorem animum, experientique operam, gravis ecce primo difficultatis oborta species, paulo etiam post desperationem iniecit cepti perpetrandi. Codex qui ad manum erat unicus tumultuarie, ut dixi, ex duobus mutilis congestus consutusque passim incertae, palamque interim mendosae lectionis vocibus scatebat; lacunis ad haec hiabat toto sparsis Operis corpore, cuius caput ipsum, hoc est elegantissima et libro dignissima Praefatio Annae desiderabatur tota; quam ex Augustanis Excerptis, prout licuit, supplevimus. Clausula porro Historiae, postrema scilicet quintidecimi pars libri, creberrimis fatiscens rimis, pertusi passim vetusta carie centonis, aut collabascentis ruinosaeque maceriae speciem habet. Quid hic auderem speraremve? Aggrederer ad emendationem archetypi contextus? quam non nisi coniecturis et divinationibus, tam multae contentionis, quam nullius autoritatis, in exemplarium defectu meliorum, repraesentare me putarem posse? An desponderem continuo animum, editionisque consilium abiicerem? ac cum Davidi Hoeschelio sua viros apud doctos gratia constiterit, quod is non dubitasset mendosa incredibiliter et lacera Historiae Annae fragmenta, pauca, temere coacervata, praefixo Alexiadis titulo edere; Ego totos quindecim eius Operis libros nactus, propter nescio quos naevos magis interpellaturos in lectore sensum elegantiae, quam rerum cognitioni gestarum, aut Historiae integritati subtracturos quidquam, publicis invidendos desideriis et aeternarum rursus addicendos tenebrarum ergastulo censerem? Neutrum opinor quisquam aequus eruditusve suasisset; ne probasset quidem. Illa igitur mihi

sententia necessario reliqua facta est, qua decernerem: contextum quidem Graecum plane intactum relinquere: ne manifestis quidem solicitandis mendis, quamdiu verae lectionis fundum non haberem maioris antiquitatis et autoritatis codicem. totam vero industriam in elaboratione Latinae versionis expromere, qua, iudicio, si quod esset, ac diligentia in subsidiorum deficientium locum subrogandis, explendis hiatibus, corrigendis ex coniectura vitiosis locis, modis denique omnibus assequi conarer, ut nitor primigenius Operi pulcherrimo, quoad per quinque saeculorum squalorem, et exitiabiles infestissimorum omnis generis casuum iniurias liceret, hodierna editione redderetur. En quid voluerim, quo studium et conatum intenderim. Nam reipsa quid perfecerim, non meae professionis, tuae, Lector, sententiae definitio est. Cuius ut non eblandiri gratia favorem; ita nec deprecari abiecta demissione severitatem: multo autem minus contumaci pervicacia refragari censurae velim. utere ut libet iure atque arbitrio quod tibi ego, vel si non per se suppeteret, ultro largirer, probandi reprehendendique quod dignum duxeris. Paratum ecce me in utrumvis habes; et quocumque alea verterit, proviso receptu quieturum. Gratificari publico volui, servire amicis, obsequi viris magnis: voluntate ac fide optima in negotio versatus sum. Hic semper, utcumque alia ceciderint, conscientiam sustentabit fructus. Peto tamen, id quod aequitatis est tuae, ne praecipites atrum calculum ad quamvis se primum offerentem speciem culpae. Fere non primas; ac ne secundas quidem saepe, quas vulgo laudant, cogitationes chartae illevi. at nonnumquam quartas quintasve. Fieri potest ut quod tibi primum advertenti animum in mentem venerit, ne me quidem ipsum fugerit: caeterum ego illud alteri nondum tibi animadverso posthabuerim; te paria facturo si ibi esses, probaturo quin etiam ubi cognoveris. Cognoscere autem poteris quaedam quidem e Glossario, longe plura e Notis; quorum illud nunc damus; has retinere adhuc cogimur, paulo post cum tibi grato publiceque utili auctario reddendas. Quando nimirum Annae nostrae, quam modo

solam emittimus sua unius ornatam maiestate, Comitatum addemus proprium, iusto brevi edendo volumine, quo Caesarissae primum vita ipsius e veteribus collecta monumentis exhibebitur. Alexii deinde Augusti Panegyricus, ipsi coram a Theophylacto dictus, Alexiadis totius elegans compendium, addetur. Subiicietur abacus Chronologicus certo digerens ordine res omnes quindecim Alexiados libris expositas. Postremo iidem ipsi libri quindecim, partim universi recensebuntur ope Codicis optimi, cuius recentissime nobis inopinata ostentata spes est: partim in locis obscurioribus, collatione aliorum Scriptorum, et caetera eius generis accuratione, pro captus ac tenuitatis nostrae modulo illustrabuntur.

DAVIDIS HOESCHELII

DEDICATIO ET PRAEFATIO.

VIRIS NOBILIBUS ET ILLUSTRIBUS

MARCO VELSERO, sacrae Caes. M. a Consiliis, IOANNI IACOBO REMBOLDO, Aug. Vindel. II. viris Praefect. VII. virumque Collegio, Dominis ac Patronis pl. observandis S. P.

Quod Democritus Abderites optandum censuit, eae ut imagines hominum sive oculis sive animis obversarentur, quae virtutis et commodi potius alicuius, quam vitii atque incommodi administrae ipsis essent: in eo ridiculum et superstitiosum illum fuisse, non iniuria dicas. Ad vitae enim rationem quamcunque laudabiliter ineundam, nihil nobis opus est τῇ κατ' εἴδωλον φαντασίᾳ Democritica, quum exempla ante oculos viva quotidie versentur, ex iucundissima etiam historiarum lectione quam plurima peti possint: unde quid decorum, quid indecorum, quid honori atque emolumento, quid ignominiae ac detrimento futurum, perspiciatur.

φεῦ, φεῦ, τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις;

πρὸς ἐπανόρθωσιν ἠθῶν ἐνεργότερον; ut philosophus Chaeronensis pulchre asseverat. Ne abeamus longius, vel in his Alexiados VIII. libris, modo in lucem quos edimus, quot occurrunt virtutis, quot vitiorum exempla! Hos autem, viri nobilissimi, A. V. cur dedicem, satis causae vel hoc esse arbitror, quod ab annis quinquaginta illorum editio aliunde expectata fuit frustra, a doctis non semel expetita: nunc e vestra Bibliotheca eruti illi, iuris publici fiunt. In quibus

partim menda librarii tollendo, partim lacunas explendo, nonnusquam etiam Notis quaedam illustrando, quantum ingenii tenuitas est passa, temporisque angustia, si quod operae pretium candide iudicaturis videbor fecisse, laboris non absque magni viri autoritate suscepti minus me poenitebit; et ad alios scriptores vel integrius atque emendatius, vel etiam novos ex eadem vestra illust. Bibl. publicandos facilius invitabor. Deus Opt. M. A. V. cuius auspicio et liberalitate laboribus id genus vacare possum, florentem atque incolumem quam diutissime conservet.

Augustae Vind. pridie Non.
Septembr. A. S. N. MDCX.

A. V. O.
DAVID HOESCHELIUS. A.

AD LECTOREM.

Ex quindecim Annae Comnenae Porphyrogennetae Alexiadis libris, quos illustrium Bibliothecarum Catalogi dudum iactant, octo hic damus perpetuo fere lacunatos: quot et quales nimirum ex Augustano autographo repraesentare licuit. Satius enim visum rem litterariam nobis hunc semissem nunc quidem debere, quam toto aeternum carere. Integriorum et meliorum exemplarium domini, utinam invidiam non ferant, et luminibus nostris quamprimum obstruant. Praestantissimum Fabrum Regium Tolosae senatorem nominatim appellamus, apud quem magni Cuiacii codicem exstare aiunt.

Porro Annae fidei periculum in me non recipio, memini apud Vopiscum legere, neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum: *cum contentionibus incaluere animi, difficile veritatem recto oculo tuentur, et vix est quin aliquid patriae et propinquis, inter quos pater primo loco, concedant, si praesertim foeminae manus calamum ducat. Hic est foedissimorum convitiorum fons, quibus Anna interdum muliebriter in Latinos, Pontificem, alios-*

que Principes indulget. Cordatus lector historiam suis momentis, non Auctorum affectibus ponderet: Tacitum et Suetonium adversus Christum et Christianos iniurios, manibus tamen excuti non patimur. Quo ordine apud posteriores Graecos Romani omnes, scimus; Anna praeterea proprias se odii causas habere existimabat, quod Gregorius Pontifex acerrimum Alexii hostem Robertum Guiscardum, patrem Boemundi, quem illa etiam mirifice insectatur et exagitat, in amicitiam receperat. Bertoldus Constantiensis anno 1084. *haec habet.* His temporibus Constantinopolitanus maximam pecuniam Heinrico quondam Regi transmisit, ut Ruodbertum Wiscardum, ducem Calabriae et Apuliae, coniuratum militem domini Papae, in ultionem eiusdem Regis bello appeteret. Nam Ruodbertus iam dudum fines Constantinopolitanorum invasit, iterumque illud expeditionem movere disposuit: sed Heinricus acceptam pecuniam, non in procinctum contra Ruodbertum, quod iuramento promisit, sed ad conciliandum sibi vulgus Romanorum impendit. *Cum Urbano deinde Pontifice Alexius in gratiam rediit anno* 1089. *ut idem Bertoldus habet.* Dominus Papa Constantinopolitanum ab excommunicatione per legatos suos absolvit. *Quin ex Casinensi chron.* 4. *c.* 48. *colligimus, eum postmodum Occidentis Imperium a Paschali Pont. sperare ausum.* Alexius imperator strenuissimos ex suo imperio viros Romam cum suis litteris misit, quibus se iniuriam ab Imperatore illatam Pontifici atque Romanis, dolenter audisse significans, agebat postmodum gratias, eosque laudabat quod viriliter illi obstitissent. Atque ob id, si illorum animos paratos promptosque sensisset (ut sibi iam dudum nunciatum fuerat) velle vel se, vel Ioannem suum, iuxta morem priscorum fidelium Imperatorum, a summo Pontifice Romae coronam Imperii sumere. *Verum eo redeamus; ut Annae fidem in iis, quae contra nostros scripta reliquit, praestare non lubet, ita et eorum, quae nostri adversus Alexium pleno horreo remensi sunt, auctoritatem defugimus': nam largiter hanc Comnenae retulere gratiam, quod sequentia aliquot loca docebunt, longum visum omnia exscribere.*

LATINORUM ALIQUOT
DE ALEXIO COMNENO
TESTIMONIA.

Guilielmus Tyrius de bello sacro Lib. II. Cap. V. Praeerat autem per id tempus Graecorum Imperio vir nequam et subdolus, Alexius nomine, cognomine Comutio (*Comnenus*) dictus. Qui cum esset in imperiali palatio a domino Nicephoro, cognomento Bothomath (*Botaniate*) qui tunc in sceptris agens principabatur, plurimum honoratus, et Megadomestici dignitate (quem nos maiorem Senescallum appellare consuevimus) fungeretur officio, ab Imperatore secundus, contra dominum et benefactorem suum malitiose recalcitrans, quinto vel sexto anno antequam populus noster accederet, depulso domino imperium invaserat, et retinere praesumebat quod violenter occupaverat. Cap. x. Dum vero haec in castris aguntur, ecce domino Boamundi nuncius praesens ante Ducem astitit, praedicti Principis litteras deferens in haec verba: Noveris virorum optime, quod tibi contra feram pessimam et cum homine nequam (*Alexio*) incumbit negotium: cuius propositum est semper fallere, et omnem Latinorum nationem usque ad mortem modis omnibus persequi: et quod de eo recte sentiam, tuo aliquando approbabitur iudicio, novi enim Graecorum malitiam, et odium adversus Latinorum nomen pertinax et obstinatum. Cap. xiii. Veruntamen sicut vir erat (*Alexius*) subdolus, potens simulare et dissimulare propositum, missis quibusdam nobilibus ex suis domesticis ad eundem virum egregium, verbis pacificis ei locutus est in dolo, tentans si quoquo modo eum posset decipere. Cap. xiv. Hic demum plenius innotuit, quod quicquid eis Imperator (*Alexius*) loquebatur, fraus erat et circumventio. Cap. xix. Quodque Principibus liberaliter contulerat (*Alexius*) nec liberalitatis erat nec gratiae, sed timoris desperati, et fraudulentae versutiae. Nostris autem in simplicitate spiritus et sincera fide incedentibus, vix persuaderi poterat Graeco-

rum malitia, et nequam illorum Principis fraus et circumventio pertinax, maxime cum erga eos tanta liberalitate et simulata gratia redundaret. Cap. xx. Sicque quotidie magis et magis Graecorum dolus, et fraus Imperatoris (*Alexii*) detegebatur, ita ut iam nemo esset de Principibus cui non esset manifestum, et luce meridiana clarius, quanto odio prosequebatur populum nostrum, et omne genus Latinorum haberet invisum. Cap. xxi. Quidquid autem loquebatur (*Alexius*) dolus erat et circumventio. Lib. vii. Cap. xx. Fraudes enim Imperatoris (*Alexii*) et eius versutia, quas saepius experti fuerunt, declinare iudicabant commodius, ne eius labyrinthis et ambagibus iterum se involverent, a quibus non satis facile postmodum possent expediri. Lib. x. Cap. xii. At vero idem (*Alexius*) Imperator, vetusto Graecorum more nostrorum successibus invidens, quamvis eos, ut praediximus, apud se satis benigne habuisset, occulte inde per internuncios frequentes in eorum perniciem hostes solicitabat, et ab eorum adventu crebris epistolis et nunciorum discursibus reddebat instructiores, eos praemonens, ne tantum populum suo periculo libere transire patiantur. Vicem scorpionis agens, qui cum non sit in facie quod formides, prudenter feceris si caudae posterioris declinare poteris maleficium. Lib. xii. Cap. v. Per idem tempus (*anno* 1118.) Constantinopolitanus Imperator Alexius, Latinorum maximus persecutor, rebus humanis exemptus est.

Robertus monachus de Christianorum principum profectione in Syriam Lib. II. Subdolus itaque Imperator (*Alexius*) videns crescere castra Dei, et de die in diem augmentari, inops animi, expers sensus, pauper consilii, ira vehementi coepit anxiari. Mens enim fraude plena semper anxiatur et est solicita, et quod machinatur alteri pertimescit sibi semper machinari. In mente Imperatoris semper mansit fraudulenta fictio. Quidquid iuravit totum exinanivit, quia periurii noxam incurrere maluit, quam gentem Francorum a suis finibus non elongari.

Conradus abbas Urspergensis chron. anno mci. Ecce subito murmur exoritur, invisum Imperatorem (*Alexium*) Turcorum potius quam Christianorum parti fa-

vere, exploratisque quae circa nos erant, frequentibus illos contra nos nunciis animare. Hic est inquiunt, perfidus ille Alexius, qui domino suo Nicephoro, per quorundam Alamannorum conductitiorum auxilium depulso, Imperium eius usurpavit, ipsosque sui sceleris cooperatores, exilio damnatos necari fecit: nunequе se tanti dixit facere Francos cum Turcis praeliantes, quanti canes se invicem mordentes. Cum autem navigia quisquam conducere tentaret, audivit Caesarem insidias peregrinis etiam in mari posuisse, multasque dudum eodem facinore naves eum submersisse. Quapropter omnes eum maledicebant et anathematizabant, omnes illum linguae non Imperatorem, sed traditorem appellabant. Anno 1106. invidus et occultus catenus Ecclesiae persecutor Alexius, diu tectam suae perfidiae toxicatam rabiem evaginat: Turcis, quibus iam nulla vel rara in Oriente regnandi spes remanserat, se tutissime conciliat, et o turpissimum facinus! Nicaeam, quam olim fidei nostrae turrim, dudumque multo Christianorum sanguine comparatam praescripsimus, Solimanni tyranni filiis reddidit: custodias ad prohibendum transitum peregrinis terra marique constituit. Cuius classes contra Antiochenos directas, ipsi bello ceperunt, et in confusionem Alexii, nasis atque pollicibus omnibus abscissis, unam de scaphis inde onerantes, huiusmodi pulmentum eidem reo multorum millium homicidae, transmiserunt. Albertus Stadensis *eadem fere ad verbum habet.* Otto Frisingensis Chronic. Lib. VII. Cap. X. Alexius Imperator perfidissimus, iamdiu conceptam corde malitiam celare amplius non valens, cum Turcis, qui iam paene desperati erant, turpissime foederatur, eisque Nicaeam, multo nostrorum sanguine acquisitam, impiissime tradidit.

Gotfridus Viterbiensis Chronic. parte xviii. Constantinopolim pervenerunt, ubi multum dolum et impedimentum a Rege Alexio perpessi. Tunc Alexius rex Constantinopolitanus, Christianae prosperitatis adversarius, Turcos in desperationem iam positos, in amicitiam suam confoederavit, eisque turrim Nicaeam, Christianorum sanguine conquisitam, concessit. Matthaeus Paris in historia maiori anno mxcvi. Alexius autem Imperator Graecorum,

vir nequam et subdolus, cum esset in palatio Nicephori decessoris sui summus, et princeps militiae, contra dominum suum malitiose recalcitrans, quinto vel sexto ante hanc expeditionem anno, domino depulso imperium invaserat, et invasum nequiter detinebat. Hic semper propositum habens fallendi, saepe cum peregrinis verba pacifica loquebatur in dolo, suspectam iugiter habens multitudinem cruce signatorum, et militiae probitatem. Unde si quandoque nocere cessavit, non hoc virtutis extitit, sed timoris. Anno MCIII. Tunc Imperator Alexius, et proditor nequissimus, nostrorum invidens successibus, Turcis infidelibus, per quorum terras peregrini transituri erant, crebras transmisit epistolas, exhortans attentius, ne tantum Christianorum populum libere transire in suam perniciem paterentur.

MATTHAEI WESTMONASTERIENSIS FLORES HISTOR. ANNO MXCV. Alexius tunc temporis Graecis imperabat, vir quidem subdolus, et nostratibus semper parans cum insidiis nocumentum.

Atque haec de Alexii moribus vulgo apud Latinos opinio obtinuit: unus quem ego legerim ALBERTUS CANONICUS AQUENSIS, *a Reineccio titulo chronici Hierosolymitani, sine auctoris nomine editus, commodius de illo non uno loco sensit. sic ut alicubi eius apologetem fere ex professo egerit,* LIB. VIII. CAP. XLVI. Fecit enim fama in populo Catholico, quod ipsius Imperatoris (*Alexii*) occultis et perfidis consiliis, a comite Reymundo et militibus Turcopolis, deductus sit exercitus Longobardorum per deserta et invia et solitudines Flaganiae, ut illic a Turcis facile prae fame et siti exhaustus, superatus occideretur. Verum ut a veridicis et nobilibus viris relatum est, nequaquam hoc nefando scelere culpandus erat. Nam saepius exercitum praemonuit, et edocuit solitudines et defectiones, et Turcorum insidias in inviis Flaganiae, et ideo eos non secure et tutos per hanc viam posse incedere. CAP. XLVII. Imperator (*Alexius*) universam petitionem Regis, cum muneribus sibi praesentatis, in bono accepit, et de omni suspicione necis Longobardorum, quam adversus eum Christiani habebant, iusiurandum in Dei nomine faciens, se excusavit, promittens se deinde omnibus misericordem

fieri, Regem Baldewinum se velle honorare et amare. In eadem legatione ab imperatore decretum est, ut Episcopus de Barcinona eum apud Romanum Pont. Paschalem, de traditione sibi imposita excusaret. *Sed praevaluisse suspiciones, ex sequentibus apparet.* Cap. xlviii. Engelradus autem miles quidam in Ierusalem repertus, muneribus magnis ab Imperatore honoratus, bona nuncia reportavit, et amicitiam et fidem Regi Baldewino Imperatorem velle observare, et peregrinos non ultra offendere. Sed Episcopus aliquantulum renisus est Imperatori, propter infidelitatem erga Gallos, quam ab eo extorsit. Quapropter in amaritudine animi Romam tendens, ipsum Imperatorem criminatus est in ecclesia Beneventana, et ideo assumptis litteris ipsius Apostolici, querimonia gravis apud omnes Principes Galliae super ipso Imperatore facta est.

Digitized by Google

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ,

Α Λ Ε Ξ Ι Α Σ.

Digitized by Google

ΣΥΝΤΑΓΜΑ

ΣΥΝ ΘΕΩι

ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΝΑΚΤΑ ΚΥΡΟΝ ΑΛΕΞΙΟΝ ΤΟΝ ΚΟΜΝΗΝΟΝ

ΠΟΝΗΘΕΝ ΠΑΡΑ ΤΗΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΙΑΣ

ΑΝΝΗΣ

ΤΗΣ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ,

Ο ΚΑΙ ΕΚΛΗΘΗ ΑΛΕΞΙΑΣ ΠΑΡ' ΑΥΤΗΣ. *)

SYNTAGMA

DEO IUVANTE

RERUM AB IMPERATORE ALEXIO COMNENO GESTARUM,

AB EIUSDEM FILIA ANNA PORPHYROGENITA PRINCIPE

FACTUM ET ALEXIAS INSCRIPTUM.

---

1. Ῥέων ὁ χρόνος ἀκάθεκτα καὶ ἀεί τι κινούμενος πα- Par. 1
ρασύρει καὶ παραφέρει πάντα τὰ ἐν γενέσει καὶ ἐς βαθὺ ἀφα- Ven. 1
νείας καταποντοῖ, ὅπου μὲν οὐκ ἄξια . . . . . πράγματα, ὅπου

*) Hunc titulum habet A, quo omisso, Possinus novum sibi finxit inscripsitque ΠΡΟΛΟΓΟΣ. 2. τὰ add. Fr. ἐς βυθὸν ἀπωλείας Fr. 3. ἄξια λι^θιου A, unde Hoeschel. coni. λίθου, ego λόγου. Fr. ὅσα μὲν οὐκ ἄξια μνήμης, ὅσα δὲ καὶ ἄξια καὶ τά τε. vid. annotat.

1. Tempus praecipiti et assiduo cursu fluens fert agitque secum omnia quae fiunt, et in profundum oblivionis immergit, modo levia, modo magna et memorabilia, in lucem, ut in tragoedia est,

δὲ μεγάλα τε καὶ ἄξια μνήμης, καὶ τά τε ἄδηλα φύων κατὰ τὴν τραγῳδίαν καὶ τὰ φανέντα κρυπτόμενος. ἀλλ' ὅ γε λόγος τῆς ἱστορίας ἔρυμα καρτερώτατον γίνεται τῷ τοῦ χρόνου ῥεύματι καὶ ἵστησι τρόπον τινὰ τὴν ἀκάθεκτον τούτου ῥοήν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γενόμενα πάντα, ὁπόσα ὑπερείληφε, ξυνέχει καὶ περισφίγγει καὶ οὐκ ἐᾷ διολισθαίνειν εἰς λήθης βυθούς. ταῦτα δὲ διεγνωκυῖα ἐγὼ Ἄννα, θυγάτηρ μὲν τῶν βασιλέων Ἀλεξίου καὶ Εἰρήνης, πορφύρας τιθήνημά τε καὶ γέννημα, οὐ γραμμάτων οὐκ ἄμοιρος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἑλληνίζειν ἐς ἄκρον ἐσπουδακυῖα, καὶ ῥητορικῆς οὐκ ἀμελετήτως ἔχουσα καὶ τὰς Ἀριστοτελικὰς τέχνας εὖ ἀναλεξαμένη καὶ τοὺς Πλάτωνος διαλόγους, καὶ τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς τετρακτύος τῶν μαθημάτων πυκάσασα, (δεῖ γὰρ ἐξορχεῖσθαι ταῦτα, καὶ οὐ περιαυτολογία τὸ πρᾶγμα, ὅσα ἡ φύσις καὶ ἡ περὶ τὰς ἐπιστήμας σπουδὴ δέδωκε, καὶ ὁ θεὸς ἄνωθεν ἐπεβράβευσε, καὶ ὁ καιρὸς συνεισήνεγκε,) βούλομαι διὰ τῆσδέ μου τῆς
P. 2 γραφῆς τὰς πράξεις ἀφηγήσασθαι τοὐμοῦ πατρός, οὐκ ἀξίας σιγῇ παραδοθῆναι, οὐδὲ τῷ ῥεύματι τοῦ χρόνου παρασυρῆναι καθάπερ εἰς πέλαγος ἀμνημοσύνης, ὅσας τε τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένος κατεπράξατο καὶ ὅσας πρὸ τοῦ διαδήματος ἔδρασεν, ἑτέροις βασιλεῦσιν ὑπηρετούμενος.

2. ἀποκρυπτόμενος Fr. 6. ξυνέχει Fr., ξυνάχει A, unde Hoeschel. ξυνάγει dedit. 7. δὲ add. Fr. τῶν add. Fr. 9. οὐ add. Fr. 11. καὶ τοὺς Πλάτωνος διαλόγους om. Fr. 13. καίπερ ταυτολογία A, Hoeschel. coni. εἰ καὶ περιαυτολογία, Iacobs. ad Achill. Tat. p. 710 κἂν περιαυτολογία. quod ego dedi, habet Fr.

protrahens occulta et illustria tenebris obruens. sed rerum gestarum narratio, velut moles firmissima temporis torrenti opposita, inhibet quodammodo praecipitem eius lapsum, ac quaecunque gesta sunt, quorum quidem memoriam accepit, retinet servatque nec oblivione deleri sinit. haec cum reputassem ego Anna, imperatorum Alexii et Irenes filia, in purpura nata et educata, quae non solum non expers sum litterarum, verum etiam perfectae graeci sermonis facultati studui, nec rhetoricas exercitationes neglexi, et Aristotelis artes Platonisque dialogos diligenter legi, ac mentem disciplinarum quadrivio excolui, (res enim poscit, nec gloriandi causa facio, ut palam ea commemorem, quae vel ingenio et litterarum studio debeo, vel divinitus accepi, vel rerum opportunitate nacta sum,) decrevi res a patre meo gestas, quae sane non merentur, ut silentio damnatae temporis flumine in oblivionis velut mare ferantur, hisce libris exponere, tum quas imperium adeptus peregit, tum quas ante principatum aliorum imperatorum auspiciis gessit.

2. Ταύτας δὲ λέξουσα ἔρχομαι, οὐχ ὡς ἐπίδειξίν τινα τῆς περὶ λόγους ποιουμένη ἀσκήσεως, ἀλλ' ὡς ἂν μὴ πρᾶγμα τηλικοῦτο τοῖς ἔπειτα γενησομένοις καταλειφθείη ἀμάρτυρον· ἐπεὶ καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων, εἰ μή πως ἄρα διὰ τῶν λόγων φυλαχθείη καὶ τῇ μνήμῃ παραδοθείη, τῷ τῆς σιωπῆς ἀποσβέννυται σκότῳ. ἦν γὰρ ὁ ἐμὸς πατήρ, ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα ἔδειξεν, ἐπιστάμενος ἄρχειν καὶ ὑπείκειν, ἐς ὅσον χρή, τοῖς ἄρχουσιν. ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκείνου πράξεις προελομένη συγγράφειν, δέδοικα τὸ ὑφορμοῦν ποτε καὶ ὑποτρέχον, μή ποτε λογίσαιτό τις τὰ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς συγγράφουσαν τὰ ἑαυτῆς ἐπαινεῖν, καὶ ψεῦδος ἅπαν δόξῃ τὸ τῆς ἱστορίας πρᾶγμα καὶ ἐγκώμιον ἄντικρυς, εἴ τι τῶν ἐκείνου θαυμάζοιμι· εἰ δέ που αὐτὸς ἐνέγκοι καὶ τὸ πρᾶγμα βιάζοιτο, ὥστε καθάπτεσθαί τι καὶ τῶν ἐκείνου, οὐ δι' ἐκεῖνον, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, δέδοικα πάλιν τοὺς φιλοσκώμμονας, μή μοι τὸν τοῦ Νῶε Χὰμ ἐπενέγκοιεν ἐποζ . . αλμι . . . ἅπαντες πρὸς ἅπαντα, καὶ οὐ καθορῶντες τὸ καλῶς ἔχον ὑπὸ βασκανίας καὶ φθόνου, καὶ τὸν ἀναίτιον καθ' Ὅμηρον αἰτιώωνται. ὅταν γάρ τις τὸ τῆς ἱστορίας ἦθος ἀναλαμβάνῃ, ἐπιλαθέσθαι χρὴ εὐνοίας καὶ μίσους καὶ πολλάκις κοσμεῖν τοὺς P. 3

1. λε . . . σα A, λέξουσα suppl. Crusius, λέξασα male Hoeschel. 15. ἐκεῖν ..... διὰ τὴν A, suppl. Hoeschel. 17. Ita A, non αλμοι ut Hoeschel. edidit. fortasse leg. ἐποφθαλμιάσαντες πρὸς ἅπαντα. 18. ἅπαντια A, non ἅπαντας, ut apud Hoeschel. ἔχον ..... νίας καὶ φθόνου A, suppl. Hoeschel. 20. γὰρ εἰς τὸ A, em. Hoeschel. totus locus ὅταν — ἐγὼ δὲ desumtus est ad verbum e Polyb. I, 14.

2. Haec autem non eo consilio scriptura sum, ut eruditionis meae specimen aliquod edam, sed ne tantarum rerum memoria posteri careant, cum vel maxima facinora, nisi litteris tradita memoriae commendentur, in silentium tenebrasque abeant. erat enim pater meus, ut ex rebus ipsis apparuit, et imperandi peritus et imperantibus, quatenus fas est, obsequendi. sed cum facta illius enarranda mihi sumserim, offensionem reprehensionemque vereor: ne quis forte patris res enarrantem domesticae me gloriae servire putet, ac historiam plane pro commento habeat et manifesta laudatione, si quid ab eo gestum admirata fuero. sin autem ipse adegerit resque postulaverit, ut reprehenderem nonnihil, non illius quidem causa, sed ob rerum indolem, rursus vereor, ne maledici in me Chami, Noe filii, exemplum impingant, invidia quidvis insectantes, nec quid deceat prae livore obtrectandique libidine animadvertentes, etiam culpae expertem, ut Homerus ait, culpent. etenim qui histo-

ἐχθροὺς τοῖς μεγίστοις ἐπαίνοις, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τοῦτο, πολλάκις δὲ ἐλέγχειν τοὺς ἀναγκαιοτάτους, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἁμαρτίαι τοῦθ' ὑποδεικνύωσι. διόπερ
V. 2 οὔτε τῶν φίλων καθάπτεσθαι, οὔτε τοὺς ἐχθροὺς ἐπαινεῖν ὀκνητέον. ἐγὼ δὲ καὶ τούτους κἀκείνους, καὶ τοὺς πληττομένους ὑφ' ἡμῶν καὶ τοὺς ἀποδεχομένους ἡμᾶς, παραμυθησαίμην ἂν ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ τῶν ἑωρακότων τὰ πράγματα, αὐτούς τε καὶ τὰ πράγματα μαρτυραμένη. ἐνίων γὰρ τῶν νῦν ὄντων ἀνθρώπων οἱ μὲν πατέρες, οἱ δὲ πάπποι ἐγένοντο οἱ τούτων συνίστορες.

3. Μάλιστα δὲ εἰς τὴν ἱστορίαν ἐλήλυθα τῶν τοῦ πατρὸς πράξεων ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας. ἐμοὶ ἀνὴρ ἐγένετο κατὰ νόμους συναφθεὶς ὁ Καῖσαρ Νικηφόρος, εἰς τὴν τῶν Βρυεννίων σειρὰν ἀναγόμενος, ἀνὴρ καὶ κάλλους ὑπερβολῇ καὶ συνέσεως ἀκρότητι καὶ λόγων ἀκριβείᾳ μακρῷ τοὺς κατ' αὐτὸν ὑπερβάλλων. θαῦμα γὰρ ἦν ἄντικρυς καὶ ὁρώμενος καὶ ἀκροώμενος. καὶ ἵνα μὴ ὁ λόγος τῆς λεωφόρου ἐκτρέποιτο, τὸ παρὸν τῶν ἐφεξῆς ἐχώμεθα. ἦν μὲν οὖν ἐν πᾶσιν ἐπιφανέστατος, συνεστράτευσε δ' Ἰωάννῃ τῷ αὐτοκράτορι ἐμῷ
P. 4 ἀδελφῷ καὶ κατ' ἄλλων μὲν βαρβάρων . . . . . ἔχοντι τὴν Ἀντιόχου πόλιν. ἀλλ' ὅ γε Καῖσαρ οὐκ εἰδὼς ἀμελεῖν

2. δὲ ἐλέγχειν A cum Polybio, δ' ἐλέγχειν Hoeschel. 3. τοῦ καθ' ὑποδεικν. A, unde Iacobsius l. l. τοῦτο καθυποδεικν., rectius Hoeschel. τοῦθ' ὑποδεικν. quod Polybii est. 6. ἐφ' ἡμῖν A, em. Hoeschel. 8. μαρτυρουμένη Hoeschel., μαρτυραμένη A. 17. καὶ: an ἀλλ'? 20. indicavi lacunam.

rici partes suscepit, eum oportet, odii pariter ac studii immemorem, hostes saepe maximis laudibus ornare, ubi id facta eorum exigunt, saepe etiam reprehendere necessitate coniunctissimos, cum admissa in rebus susceptis peccata iubent. quapropter et accusandi sunt amici et inimici sine cunctatione laudandi. ego vero utrosque, et offensos a me et quibus placuero, acquiescere iubeo in rerum ipsarum easque spectantium testimonio, quo usa sum. aliquot enim, qui nunc sunt, hominum vel patres vel avi suis illa oculis viderunt.

3. Maxime autem, ut patris mei res gestas conscribendas susciperem, haec me causa impulit. maritus mihi fuit legitime coniunctus Nicephorus Caesar, e Bryenniorum stirpe orinndus, vir et formae praestantia et consilii vi et accurata doctrina aequalibus antecellens. mirificus prorsus homo erat, sive spectabatur sive audiebatur. sed ne oratio a via deflectat, iam quod propositum est, dicamus. is igitur cum inter omnes tantopere praestaret, imperatori Iohanni, fratri meo, operam navavit in expeditionibus, quas cum in alios barbaros, tum adversus illos, qui Antiochiam tenent, suscepit. at Caesar, qui

τοῦ λόγου καὶ ἐν κόποις καὶ πόνοις, συνέγραφε μὲν καὶ ἄλλ' ἄττα συγγράμματα μνήμης καὶ λόγου ἄξια, προείλετο δὲ μάλιστα τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξιον τὸν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων καὶ ἐμὸν πατέρα συγγράψαι ἐξ ἐπιταγῆς τῆς βασιλίδος, καὶ ἐν βίβλοις ἐνθεῖναι τὰς πράξεις τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐν ᾧπερ ὁ καιρὸς ἐδίδου τούτῳ, τῶν ὅπλων καὶ τοῦ πολέμου βραχύ τι ἀπαλλαγέντι, ἐπιβλέψαι πρὸς συγγραφὰς καὶ λογικούς τινας πόνους. καὶ δὴ καὶ ἤρξατο τῆς συγγραφῆς, εἰς τοὺς ἀνέκαθεν ἀνενέγκας χρόνους τὸν λόγον, τῷ τῆς δεσποίνης ἡμῶν καὶ τούτῳ ὑπείκων προστάγματι, ἀπὸ Διογένους τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων ἀρξάμενος καὶ καταβαίνων εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον, περὶ οὗ τὴν πρόθεσιν ἐποιήσατο. τότε γὰρ καὶ ἀνθοῦν εἶχεν ὁ χρόνος τὸν ἐμὸν πατέρα μειράκιον παραγγείλαντα. τὰ γὰρ πρὸ τοῦδε οὐδὲ μειράκιον ἦν καὶ οὐδὲν ὅ τι καὶ ἄξιον συγγραφῆς αὐτῷ πέπρακτο, εἰ μή τις ἐγκωμίου λόγον καὶ τὰ παιδικὰ αὐτῷ θήσοιτο. ὁ μὲν οὖν σκοπὸς τῷ Καίσαρι τοιοῦτος, ὡς ἡ τούτου συγγραφὴ βούλεται· οὐ μὴν τὰ τῆς ἐλπίδος ἐκβέβηκεν, οὐδὲ τὴν ἱστορίαν πᾶσαν ἐτελεώσατο, ἀλλὰ μέχρι τῶν χρόνων τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου τὸν λόγον ἐφελκυσάμενος, ἐκεῖσε τοῦ συγγράφειν

1. ἄλλα τὰ συγγράμματα A, corr. Crusius. 5. lege ἐκθεῖναι. 6. βρα . . τι A, suppl. Hoeschel., praeeunte Crusio. 10. ἀπὸ διο . . . . τοῦ αὐτοκρ. A, nomen suppl. Crusius. 11. ἐκεῖνοις A, corr. Hoeschel. 12. πρόθεσιν A, non quod Hoeschel. dedit πρόταοιν. lege ὑπόθεσιν. 13. τὸ γὰρ Hoeschel., τὰ γὰρ A. 15. ἐγκωμίου λόγον A, quod Hoeschel. male mutavit in ἐγκώμιον λόγου. 16. θήσαιτο A, corr. Hoeschel. 19. Βοτανιάτου A, correxi.

ne inter belli quidem labores litteris carere posset, cum alia nonnulla scripsit luce laudeque digna, tum potissimum, iubente Augusta, Alexii imperatoris Romanorum meique patris gesta enarrare litterisque tradere constituit, siquando, armorum bellique contentione paulisper intermissa, animum ad scribendum litterasque tractandas convertere liceret. iamque rem aggressus erat, et altius a Diogene, Romanorum imperatore, initio repetito, (nam hac quoque in re voluntati dominae nostrae obsecutus erat,) ad illum ipsum descendebat, de quo scribere sibi proposuerat. illo nimirum imperante, pater meus primam adolescentiam ingressus est. nam antea ne adolescens quidem erat, neque quidquam memoratu dignum gesserat; nisi quis laudandi argumentum etiam e puerilibus nugis petendum existimet. hoc igitur Caesaris consilium erat, ut eius historia significat. verum spes eventu caruit, nec opus absolvit; sed narratione ad tempora Nicephori Botaniatae perducta, ibi scribere desiit. nam ultra progredi eum

P. 5 ἐπαύσατο, περαιτέρω τοῦ καιροῦ μὴ διδόντος προκόψαι τὴν συγγραφήν, ζημίαν μὲν τοῖς ὑπὸ τὴν συγγραφὴν πράγμασιν περιποιησαμένου, ἡδονὴν δὲ ἀποστερήσαντος τοῖς ἀναγινώσκουσι. διὰ τοῦτο αὐτή, ὅσα τῷ ἐμῷ πατρὶ πέπρακτο, συγγράψασθαι προειλόμην, ἵνα μὴ τοιαῦτα ἔργα τοὺς ἐς ὕστερον παραδράμῃ. οἵαν μὲν γὰρ εἶχον τὴν ἁρμονίαν, ὁπόσην δὲ τὴν χάριν οἱ τοῦ Καίσαρος λόγοι, ἴσασιν ἅπαντες οἱ τοῖς ἐκείνου ἐντετυχηκότες συγγράμμασιν. ἀλλὰ μέχρι τούτου ἐλθών, καθάπερ εἶπον, καὶ τὸ σύγγραμμα σχεδιάσας καὶ
V. 3 ἡμιτελὲς ἐκ τῆς ὑπεροψίας κομίσας ἡμῖν, συναπεκόμισεν, οἴμοι, καὶ θανάσιμον νόσημα, τάχα ἐκ τῆς ἀπείρου κακοπαθείας, τάχα ἐκ τῶν συχνοτέρων στρατηγημάτων, τάχα ἐκ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἀφάτου μερίμνης· μέριμνα γὰρ ἔμφυτος καὶ πόνοι ἀνένδοτοι· πρὸς δὲ καὶ ἀέρων ἀνωμαλίαι τε καὶ κακότητες ποτήριον αὐτῷ θανάσιμον ἐκεράσαντο. ἔνθεν μὲν γὰρ εἰς Σύρους καὶ Κίλικας δεινῶς νοσῶν ἐξεστράτευεν· εἶτα κἀκεῖθεν Συρία τοῦτον μὲν ἀπέδωκεν ἀρρωστοῦντα Κιλιξι, Κίλικες δὲ Παμφυλίοις, Παμφύλιοι δὲ τοῖς Λυδοῖς καὶ ἡ Λυδία τῇ Βιθυνίᾳ καὶ ἡ Βιθυνία τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων καὶ ἡμῖν, ἐξῳδηκότα ἤδη τὸ σπλάγχνον ἐκ τῆς πολλῆς κακο-
P. 6 παθείας. καίπερ δὲ οὕτως ἔχων ἀσθενείας καὶ θέλων τὰ συμπεσόντα οἱ ἐκτραγῳδεῖν, τὸ μὲν ὅτι νοσῶν οὐκ ἠδύνατο,

14. ἀνένδητοι A, em. Crusius. 16. ἐξεστράτευον A, em. Hoeschel. 17. Κίλιξι add. Hoeschel. 22. ὅτι: lege ἅτε.

tempus non sivit: quod et rebus, quas tractaturus erat, detrimento fuit, et lectores voluptate privavit. quamobrem ipsa, quae pater meus gesserit, conscribere suscepi, ne tantae res posteros fugiant. nam quanta concinnitate quantaque suavitate futurae fuissent Caesaris historiae, omnes norunt, qui scripta illius legerunt. verum cum eo pervenisset quo dixi, et exaratos imperfectosque libros peregre nobis adferret, simul, heu mihi, mortiferum adferebat morbum, sive ex innumeris miseriis contractum, sive ex crebrioribus militiae muneribus, sive ex incredibili cura nostri. cura enim ea penitus inhaerebat, nec a laboribus remissio dabatur. praeterea etiam coeli inaequalitas atque intemperies letale ipsi poculum miscebant. illinc enim, licet graviter aegrotans, ad bellum adversus Syros et Cilices profectus est. Syria autem infirmum valetudine eum reddebat Cilicibus, Cilices Pamphyliis, Pamphylii Lydis, Lydia Bithyniae et Bithynia reginae urbium atque nobis, tumefactis iam ex multa miseria visceribus. in tanta autem valetudinis infirmitate cum nihilominus vellet, quae in expeditione sibi acciderant, miserabiliter describere, tum morbo fra-

τὸ δὲ ὅτι καὶ παρ' ἡμῶν ἐκωλύετο, ὡς μὴ τὸ τραῦμα ἀνοίξοι διηγούμενος.

4. Ἐγὼ δ' ἐνταῦθα .... μένη, σκοτοδίνης ἐμπίπλαμαι τὴν ψυχὴν καὶ ῥείθροις δακρύων περιτέγγω τοὺς ὀφθαλμούς. ὦ οἷον ἡ Ῥωμαίων ἀπόλωλε βούλευμα· ὦ πείρας μὲν ἀκριβεστάτης περὶ τὰ πράγματα καὶ ὅσην ἐκεῖνος συνείλοχε· λόγων δὲ ἐπιστήμης, ποικίλης δὲ σοφίας, λέγω δὴ τῆς θυραίας καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς· ὦ καὶ χάριτος ἐπιτρεχούσης τοῖς μέλεσι καὶ εἴδους οὐκ ἀξίου τυραννίδος, ὥς τινες λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ θειοτέρας καὶ κρείττονος. ἔγωγ' οὖν πολλοῖς ἄλλοις προσωμιλήκειν δεινοῖς ἐκ μέσων τῶν πορφυρόθεν σπαργάνων, ὡς οὕτως εἰπεῖν, καὶ τύχαις ἐχρησάμην οὐκ ἀγαθαῖς, εἰ μή τις θεῖτο τύχην οὐκ ἀγαθὴν καὶ προσμειδιῶσάν μοι τήν τε γειναμένην αὐτὴν καὶ τὸν τεκόντα τοὺς αὐτοκράτορας, καὶ τὴν πορφύραν ἐφ' ἧς ἐβλάστησα· τὰ γὰρ ἄλλα φεῦ τῶν κυμάτων, φεῦ τῶν ἐπαναστάσεων. Ὀρφεὺς μὲν οὖν ᾄδων καὶ λίθους ἐκίνει καὶ ξύλα καὶ τὴν ἄψυχον ἁπλῶς φύσιν, Τιμόθεος δὲ ὁ αὐλητὴς τὸν ὄρθιόν ποτε Ἀλεξάνδρῳ αὐλήσας, εἰς τὰ ὅπλα παραχρῆμα καὶ τὸ ξίφος ἐκίνει τὸν Μακεδόνα· τὰ δέ γε κατ' ἐμὲ διηγήματα οὐ τοπικήν τινα κίνησιν, οὐδὲ p. 7
πρὸς ὅπλα καὶ μάχην, ἀλλ' ἐς δάκρυα τὸν ἀκροατὴν συγκι-

1. ἀνήξοι A, ἂν ῥήξοι coni. Hoeschel., ego ἀναρρήξοι, lenissime Naekius ἀνοίξοι, quod restitui. 3. supple γενομένη. vid. annotationes. Hoeschel. coni. τούτων μεμνημένη. 15. ἀφ' ἧς coni. Hoeschel.

ctus id exsequi non poterat, tum quia a nobis prohibebatur, ne vulnus narrando renovaret.

4. Mihi vero, cum in narratione huc progressa sum, caligine obducitur animus et lacrimarum vi oculi opplentur. o qualem res publica Romana perdidit consiliorum auctorem! o quam accuratam rerum experientiam ille et quantam sibi paraverat! quanta litterarum cognitione erat variaque eruditione, et externam dico et nostratem! quanta denique gratia toto corpore diffusa, et forma non rege modo, ut aiunt, digna, sed divinam adeo spirante maiestatem! multis equidem aliis calamitatibus a mediis, ut ita dicam, incunabulis regiis conflictata sum et rebus usa adversis; modo ne quis pro adversa mihique non arridente fortuna ducat, quod et genitrice ipsa et patre imperatoribus in purpura nata sum. reliqua quod attinet, vae mihi, quanti malorum fluctus impetusque subeundi erant! Orpheus quidem cantando et saxa movit et silvas et sensu prorsus carentem naturam, Timotheusque tibicen, cum orthium quod vocant coram Alexandro quondam modularetur, adeo commovit Macedonem, ut arma confestim et gladium arriperet: calamitatum autem mearum enarratio non

νήσειε, καὶ οὐκ αἰσθητικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄψυχον φύσιν εἰς πάθος καταναγκάσῃ. τὸ μέντοι πάθος τὸ περὶ τὸν Καίσαρα καὶ ὁ κατ' αὐτὸν ἀνέλπιστος θάνατος αὐτῆς μου καθίκετο τῆς ψυχῆς καὶ ἐς βάθος τὸ τραῦμα εἰργάσατο. καὶ ἡγοῦμαι τὰς προειληφυίας συμφορὰς πρὸς ταύτην τὴν ἄπλη-5 στον συμφορὰν ψεκάδα ὡς ὄντως πρὸς ὅλον Ἀτλαντικὸν πέλαγος ἢ τοῦ Ἀδριατικοῦ πελάγους τὰ κύματα· μᾶλλον δέ, ὡς ἔοικεν, ἦσαν ἐκεῖναι τούτων προοίμια, καί με προκατελάμβανεν ὁ καπνὸς τοῦ καμινιαίου τούτου πυρὸς καὶ ὁ καύσων ἐκεῖνος τῆς ἀῤῥήτου ταύτης φλογώσεως καὶ τὰ καθ' 10 ἡμέραν πυρὸς τῆς ἀφάτου πυρκαϊᾶς. ὦ πυρὸς ἄνευ ὕλης ἀποτεφροῦντος, πυρὸς ἐν ἀπορρήτοις δαδουχουμένου καὶ
V. 4 καίοντος μέν, μὴ καταφλέγοντος δέ, καὶ τὴν καρδίαν μὲν περιφρύγοντος, δόξαν δὲ παρέχοντος, ὅτι οὐ συνεφρύγημεν, καίτοι μέχρις ὀστέων καὶ μυελῶν καὶ μερισμοῦ ψυχῆς τὰς 15 πυρακτώσεις δεξάμενοι. ἀλλὰ γὰρ ἐμαυτῆς αἰσθάνομαι διὰ ταῦτα παρενηνεγμένης τοῦ προκειμένου, καὶ ὁ Καῖσάρ μοι ἐπιστὰς καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος πένθος πένθος μοι ἐπέσταξε διωλύγιον. ἀποψήσασα οὖν τὸ δάκρυον τῶν ὀμμάτων καὶ
P. 8 ἐμαυτὴν ἀναλεξαμένη τοῦ πάθους, τῶν ἐξῆς ἕξομαι, διπλᾶ 20 κατὰ τὴν τραγῳδίαν κερδαίνουσα δάκρυα, οἷον ἐπὶ συμφορᾷ

2. καταναγκάσαι? 6. ὄντας A, em. Hoeschel. 13. καρδία . . . . . περιφρ. A, suppl. Hoeschel. 18. τὸ : τῇ A, corr. Hoeschel. 19. ἀποψ . . . ασα A, suppl. Crusius.

e loco quidem ullo modo, nec ad arma pugnamve, sed ad lacrimas audientem commoveat, neque solum sensu praeditam, verum etiam inanimatam naturam ad misericordiam adigat. at vero ille de Caesare dolor et inopinata eius mors ipsum animum meum tetigit et altum vulnus inflixit. priora mala, huic ingenti casui collata, profecto guttae instar habeo ad totum Atlanticum Oceanum vel Adriatici maris fluctus. quinimo ea, ut videtur, huius miseriae prolusio fuit, neque ante corripuit fumus huius quasi fornacalis ignis, ardor ille infandae huius flagrantiae, atque immensi incendii flamma quotidiana. o ignem sine materia flagrantem, ignem arcana face subditum, et urentem quidem, non consumentem tamen, quique conficit plane cor nostrum, sed tamen ita, ut confecti non videamur, licet ad ossa medullasque flamma penetrarit et animam a corpore paene divellerit. at sentio me vi doloris ab eo, quod institui, abreptam esse. Caesaris enim recordatio luctuosa luctum mihi instillavit gravissimum. abstersis igitur lacrimis animoque revocato a moestitia, in viam redeam, duplices, ut in tragoedia est, lacrimas lucrans, quippe quae uni miseriae mentionem alterius addam. nempe cum talis imperatoris tam-

συμφορᾶς μεμνημένη. τὸ γὰρ εἰς μέσον προθεῖναι τοιούτου βασιλέως ὑπόθεσιν καὶ τοσούτου πρὸς ἀρετὴν ἀνάμνησίς ἐστι καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον θαυμάτων, ἅπερ κἀμὲ πρὸς δάκρυα θερμότατα καταφέρει, μετὰ πάσης τῆς οἰκουμένης δακρύσαν. τὸ γὰρ ἐκείνου μεμνῆσθαι καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν εἰς μέσον ἄγειν ἐμοὶ μὲν θρήνων ὑπόθεσις, τοῖς ἄλλοις δὲ ζημίας ἀνάμνησις. ἀρκτέον τοίνυν ἐνθένδε τῆς ἱστορίας τοὐμοῦ πατρός, ὅθεν καὶ ἄρχεσθαι ἄμεινον· ἄμεινον δὲ ὅθεν σαφέστερός τε καὶ ἱστορικώτερος ὁ λόγος γενήσεται.

que praeclara indole vitam in medium profero, redit etiam admirabilium eiusdem virtutum memoria, quae mihi lacrimas fervidissimas affert, toto terrarum orbe collacrimante. nam illius meminisse et imperii eius imaginem exhibere non solum mihi lamentandi causam praebet, verum etiam reliquos communis iacturae admonet. sed inchoanda historia patris mei hinc est, unde inchoare praestat; praestat autem, unde certior atque ad cognitionem aptior narratio futura est.

ΑΛΕΞΙΑΣ Α.

ALEXIADIS LIBER I.

ARGUMENTUM.

Alexius quatuordecim annos natus, Diogenis Romani contra Turcas expeditioni interesse cupit. sub Michaele Duca cum imperio ad Urselium debellandum proficiscitur (1). *is a Tutacho captus, Alexio traditur, qui Amasenos rogat, ut pactam proditionis mercedem solvant* (2). *turbas inde ortas callide componit Urseliumque Cpolin adducit* (3). *Nicephorus Bryennius imperium affectat. miserrimus status militiae romanae. Alexius ab imp. Nicephoro Botaniate contra illum mittitur* (4). *utriusque ducis comparatio. proelium ad Calauram* (5). *Bryenniani fusi, dux ipse capitur* (6). *Basilacio regnum itidem appetente, belli cura Alexio committitur* (7). *proelium nocturnum* (8). *Basilacius Thessalonicam fugit, ubi paullo post Alexio deditus, a Botaniatae ministris excaecatur. Alexius Sebasti titulo auctus* (9). *Robertus Normannus bellum adversus Romanos molitur. eiusdem patria, genus, mores* (10). *e latrone fit gener Gulielmi Mascabelis, quem in vincula missum oculis privat* (11). *eius ditione potitus, dux fit Longibardiae atque ipsum imperium appetit. ne belli causa deesset, Pseudomichaelem monachum subornat* (12). *papa cum Henrico Germaniae rege dissidens, foedus cum Roberto init* (13). *eius filius Boëmundus Aulonem occupat. interim ipse naves et milites parat* (14). *Raul legatus Cpoli reversus bellum dissuadet* (15). *tamen Robertus Brundusio Dyrrachium solvit. Corypho urbs capta. Georgius Monomachatus, dux Illyrici, Alexio rerum iam potito auxilia denegat* (16).

P. 3 V. 7 1. Ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος καὶ ἐμὸς πατὴρ καὶ πρὸ τοῦ τῶν σκήπτρων ἐπειλῆφθαι τῆς βασιλείας μέγα ὄφελος τῇ βασι-

ΑΛΕΞΙΑΣ Α om. A. 1. Ὁ om. A.

1. Imperator Alexius, pater meus, etiam ante susceptum imperium magno rebus Romanis praesidio fuit. etenim stipendia facere

λείᾳ Ῥωμαίων γεγένηται. ἤρξατο μὲν γὰρ στρατεύειν ἐπὶ Ῥωμανοῦ τοῦ Διογένους. θαυμαστός τις γὰρ ἐφαίνετο ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν καὶ φιλοκινδυνότατος. οὗτος γὰρ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους ὢν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ συνεκστρατεύειν ἠπείγετο τῷ βασιλεῖ Διογένει κατὰ Περσῶν βαρυτάτην ἄγοντι στρατιάν, καὶ ἀπό γε τοῦδε ὁρμήματος ἀπειλὴν κατὰ τῶν βαρβάρων ἐμφαίνων καὶ ὡς εἰ συμπλακήσεται τοῖς βαρβάροις, τὸ ξίφος αὐτοῦ μεθύσει ἀφ' αἵματος· οὕτως ἦν φιλοπόλεμος ὁ νεανίσκος. ἀλλὰ τότε οὐκ ἐπεχώρησεν ὁ αὐτοκράτωρ Διογένης αὐτῷ ξυνέπεσθαι, ἅτε πάθους καταλαβόντος τὴν μητέρα βαρυτάτου. ἐθρήνει γὰρ τὸ τηνικαῦτα θάνατον τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ Μανουήλ, ἀνδρὸς μεγάλα καὶ ἀξιάγαστα ἔργα ἐνδεδειγμένου τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ· καὶ ἵνα μὴ ἀπαραμύθητος εἴη ἐκείνη, τὸν μὲν τῶν υἱέων μηκέτι γινώσκουσα οὗ κατορύξειε, τὸν δὲ ἀποστέλλουσα ἐν πολέμοις καὶ δεδοικυῖα, μή τι ἀπαίσιον συναντήσῃ τῷ νεανίσκῳ καὶ οὐδ' οἵ γῆς πεσεῖται ἐπιγνώσεται, διὰ ταῦτα ὑποστρέψαι πρὸς τὴν μητέρα τὸ μειράκιον Ἀλέξιον κατηνάγκασε. καὶ τότε μὲν ἀπελείφθη καὶ ἄκων τῶν συστρατευομένων, ἀλλ' ὅ γε ἐφεξῆς καιρὸς πέλαγος ὑπανέῳξεν αὐτῷ τῶν ἀνδραγαθημάτων. ἐπὶ γάρ τοι τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Δούκα μετὰ τὴν τοῦ

1. γὰρ om. A. 2. τις add. G, θαυμαστόν τε γὰρ ἐγένετο A. 3. τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν G, ἔτος τεσσαρεσκαιδέκατον γὰρ ἄγων A. 6. ὁρμήματος A, μηνίματος P, μήματος G. 8. αὐτοῦ om. G. 9. ἐπεχώρησεν G, ἐξεχώρησεν PA. 15. πολέμῳ G. 16. συναντήσῃ A, συναντίσοι P, συναντήσοι G. 20. τῶν add. A, αὐτῷ ἀνδραγαθησύνης G.

Diogene Romano imperante coepit. mire enim inter aequales excellebat et ad pericula promtissimus erat. namque decimum quartum eo tempore annum agens, imperatorem Diogenem, expeditionem in Persas gravissimam suscipientem, comitari cupiebat, vel hoc ipso desiderio terribilem barbaris animum prodens significansque, se, ubi pugnae copia foret, gladium sanguine eorum madefacturum esse. adeo flagrabat pugnandi cupiditate adolescens. verum tum ei non permisit imperator Diogenes, ut se comitaretur; quippe matrem Alexii dolor afflixerat gravissimus. lugebat enim ea tum casum filii natu maximi Manuelis, qui rebus praeclare gestis de imperio Romano optime meruerat. itaque ne omni solatio mater destitueretur, si filiorum alterum ubi sepeliret adhuc incerta, alterum in proelia dimittere vererique deberet, ne quid ei accideret et, ubi locorum periisset, ne resciscere quidem: eam igitur ob causam Diogenes Alexium puerum ad matrem redire coegit. ac tum quidem is, licet invitus, commilitones valere iussit; tempus autem insequens amplissimum ei campum

Διογένους βασιλέως καθαίρεσιν, ὅσος ἦν εἰς ἀνδρείαν, παρέδειξε τὰ κατὰ τὸν Οὐρσέλιον πράγματα. ἦν μὲν γὰρ οὗτος
D Κελτὸς ἀνέκαθεν τῇ στρατιᾷ Ῥωμαίων κατειλεγμένος, εἰς δὲ μέγα τύχης ἐξογκωθεὶς καὶ δύναμιν συναθροίσας ἀμφ' αὐτὸν καὶ στρατιὰν ἀξιόλογον, τῶν μὲν ἐκεῖθεν ὄντων ὅθεν καὶ αὐτὸς ὥρμητο, τῶν δὲ καὶ ἐξ ἄλλου γένους παντοδαποῦ, βαρὺς ἦν αὐτόθεν τύραννος· πολλὰς δὲ ταλαντεύσεις λαβούσης τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας καὶ τῶν Τούρκων καθυπερτερησάντων τῆς τύχης Ῥωμαίων, τῶν δὲ εἰς τὸ κατόπιν ὑπαχθέντων, ὥσπερ ψάμμου ποδῶν ὑποσπασθείσης, τηνι-
P. 4 καῦτα καὶ οὗτος τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων ἐπέθετο. καὶ ἄλλως μὲν ὢν τυραννικώτατος τὴν ψυχήν, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐξαφθεὶς πρὸς καθαρὰν τυραννίδα διὰ τὸ κατηφὲς τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων, τὰ τῆς ἑῴας πάντα σχεδὸν ἐλῃΐσατο. πολλῶν δὲ πιστευθέντων τὸν μετ' αὐτοῦ πόλεμον ἐπ' ἀνδρείᾳ διαβεβοημένων καὶ πείραν εἰσενεγκαμένων πλείστην πολέμου καὶ μάχης, οὗτος ὑπερπαίων ἐφαίνετο καὶ τὴν ἐκείνων πολυπειρίαν, πὴ μὲν αὐτὸς προσβάλλων καὶ τρέπων καὶ καθάπερ πρηστὴρ ἐμπίπτων τοῖς ἀντικαθισταμένοις αὐτῷ, πὴ δὲ καὶ συμμαχίαν λαμβάνων ἀπὸ τῶν Τούρκων. ἀνυπόστατος ἦν ταῖς ὁρμαῖς, ὥστε καὶ τῶν πάνυ μεγιστάνων τινὰς κατα-
B σχεῖν καὶ τὰς ἐκείνων κλονῆσαι φάλαγγας. ὅτε δὴ καὶ ὑπὸ

8. τῶν ante Τούρκων om. A. 10. ὥσπερ: ὑπὲρ P. 11. τῶν Ῥωμαίων G. 17. αὐτὸς P.

aperuit rerum bene gerendarum. nam Michaele Duca post remotum Diogenem imperante, quanta esset fortitudine, rebus in Urselium editis probavit. is, Gallus genere, in Romanorum exercitu olim militaverat, sed fortuna admodum elatus, copiis haud exiguis partim ex eadem gente, unde ipse oriundus erat, partim ex alia quavis natione collectis, gravem iam exercebat dominationem. ac Romanorum imperium vehementer vacillans, cum Turcae superiores essent et ipsi, tanquam arena sub pedibus fallente, retrorsum laberentur, etiam ab isto homine haud leviter lacessebatur; nam cum alioqui dominandi cupidissimus esset, tum propter imminentem imperii Romani ruinam ad capessendam tyrannidem magis etiam incensus, orientales provincias omnes fere infestabat. quique adversus eum missi erant viri bellica laude insignes reique militaris peritissimi, eos omnes longe superabat, cum nunc suis ipsius copiis fretus, turbinis instar eos invaderet inque fugam coniiceret, nunc Turcarum auxilio usus: sustinerique adeo eius vis non poterat, ut ex ipsis proceribus nonnulli caperentur, copiis eorum terga vertentibus. quo tempore pater quoque meus Alexius auspiciis fratris, qui universis tam Orientis quam

τἀδελφῷ ἐτάττετο ὁ ἐμὸς πατὴρ Ἀλέξιος καὶ ἄντικρυς ὑπεστρατήγει τούτῳ, τὰ στρατεύματα πάντα ἑῴας καὶ ἑσπερίου λήξεως ἐγκεχειρισμένῳ. ἐπεὶ δὲ ἐν ἀμηχάνοις ἦν τὰ πράγματα τηνικαῦτα Ῥωμαίοις, τοῦ βαρβάρου τούτου δίκην κεραυνοῦ τὰ πάντα ἐπερχομένου, εἰς ἀξιόμαχον ἀντικατάστασιν ἐπινοεῖται ὁ ἀξιάγαστος οὗτος Ἀλέξιος, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ὑπὸ τοῦ V. 8
βασιλέως Μιχαὴλ ἀναδεδειγμένος. ὃς δὴ καὶ πᾶσαν ἀνακινήσας φρόνησίν τε καὶ πολυπειρίαν στρατηγικήν τε καὶ στρατιωτικήν, καὶ ταῦτα οὐκ ἐν πολλῷ χρόνῳ ταύτην συλλεξάμενος, (ἀλλὰ γὰρ διὰ τὸ πάνυ φιλόπονον τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ πανταχόθεν ἐγρηγορὸς εἰς ἄκρον ἐληλυθέναι στρατηγικῆς ἐμπειρίας τοῖς τῶν Ῥωμαίων λογάσιν ἔδοξεν, οἷος Αἰμίλιος ἐκεῖνος ὁ Ῥωμαῖος, ὁποῖος ὁ Σκηπίων, οἷος Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος· νεώτατος γὰρ ἦν καὶ ἄρτι πρώτως ὑπηνήτης, ὅ φασι,) τόν τε Οὐρσέλιον ἐκεῖνον εἷλε τὸν πολὺν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ῥέοντα καὶ τὰ πράγματα τῆς ἕω κατέστησεν, οὐ πολλῶν δεηθεὶς ἡμερῶν. ἦν γὰρ καὶ ὀξὺς φωρᾶσαι τὸ ξυμφέρον καὶ ὑξύτερος καταπράξασθαι· τίνα δὲ τὸν τρόπον εἷλεν ἐκεῖνον, δηλοῖ μὲν καὶ ὁ Καῖσαρ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας βίβλῳ πλατύτερα, δηλώσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ἐφ' ὅσον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἱστορίαν συνήνεγκεν.

2. Ἄρτι γὰρ τοῦ βαρβάρου Τουτὰχ ἐκ τῶν βαθυτέρων D

1. ἐπεστρατήγει A. 7. καὶ om. A. 10. τὸ ante πανταχόθεν add. A. 12. Αἰμύλιος A. 20. πλατύτερον GA.

Occidentis exercitibus praeerat, militabat ac plane legati munere fungebatur. iam vero cum res Romana in tali discrimine esset, barbaro isto omnia fulminis pernicitate incursante, ad eum fortiter propulsandum eligitur praeclarus ille Alexius summusque exercitus dux ab imperatore Michaele declaratur. adhibita igitur omni animi sollertia et rei bellicae experientia, quam et militando et imperando, licet non ita longo tempore, nactus erat summam, (etenim mira animi alacritate et industria effecerat, ut perfectam imperatoris facultatem primoribus Romanorum consecutus videretur, quemadmodum Romanus ille Aemilius vel Scipio vel Hannibal Carthaginiensis, licet admodum adolescens et vix barbatulus esset,) Urselium istum, Romanorum fines magna vi incursantem, paucorum dierum spatio cepit Orientemque pacavit. erat enim ad ea, quae opus erant, perspicienda promptus, promptior ad eadem perficienda. sed qua Alexius ratione eum ceperit, tum Caesar secundo historiae suae libro narravit fusius, tum nos quoque, quatenus ad nostram id historiam pertinere videtur, narrabimus.

2. Moverat enim Tutachus barbarus ex interioribus Orientis

τῆς ἀνατολῆς μερῶν κατεληλυθότος μετὰ βαρυτάτου στρατεύματος, ἐφ' ᾧ τὰ τῶν Ῥωμαίων λῃΐζεσθαι, ὁ Οὐρσέλιος πολλάκις ὑπὸ τοῦ στρατοπεδάρχου στενοχωρούμενος καὶ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις φρούρια ἀφαιρούμενος, καίτοι στρατιὰν πολλὴν ἐπαγόμενος καὶ πάντας λαμπρῶς καὶ γενναίως καθωπλισμένους, εὐμηχανίᾳ παρὰ πολὺ ἡττᾶτο τοὐμοῦ πατρὸς Ἀλεξίου. τέως δ' οὖν ἐπ' ἐκεῖνο καταφυγεῖν ἔδοξεν. τελευταῖον τοῖς πᾶσιν ἐξαπορούμενος ξυμμίγνυσι τῷ Τουτὰχ καὶ φίλον ποιεῖται
P. 5 καὶ εἰς συμμαχίαν αὐτὸν καταλιπαρεῖ. ἀλλ' ὁ στρατοπεδάρχης Ἀλέξιος ἀντιστρατηγεῖται πρὸς ταῦτα καὶ ὀξύτερον οἰκειοῦται τὸν βάρβαρον, καὶ ἐπισπᾶται πρὸς ἑαυτὸν καὶ λόγοις καὶ δώροις καὶ πᾶσι τρόποις καὶ μηχανήμασιν. ἦν γὰρ εἴπερ τις ἄλλος ἐφευρετὴς καὶ πόρους ἐν τοῖς ἀπορωτάτοις ξυμμηχανώμενος. ὁ γοῦν δυνατώτατος αὐτῷ τῶν τρόπων τοιοῦτός τις ἦν, ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν, δεξιώσασθαι τὸν Τουτάχ· καὶ φησι "φίλοι μὲν ἄμφω ἀλλήλοις ὅ τε σὸς σουλτάνος καὶ ἐμὸς βασιλεύς. ὁ δὲ βάρβαρος οὗτος Οὐρσέλιος καὶ πρὸς ἄμφω ἀν-
B τιαίρει τὰς χεῖρας, καὶ ἐχθρὸς καὶ ἀμφοτέροις καθίσταται φοβερώτατος, ἐκείνου μὲν κατατρέχων καὶ ἀεί τι τῆς μερίδος Ῥωμαίων κατὰ μικρὸν ὑποσπώμενος, ἀποστερίσκων δὲ τῆς Περσίδος ἅπερ ἂν καὶ ἔξῆν κἀκείνῃ περιγενέσθαι. τέχνῃ δὲ τὸ ἅπαν μετέρχεται, νῦν μὲν ἐμὲ παρασκιάζων διὰ τῆς σῆς

7. lege ἐκεῖνον. 20. τῆς Περσίδος A, τῇ Περσίδι PG. 21. καὶ om. A. lege ἀποστ. δὲ καὶ τῆς Π. ἅ. ἂν ἔξῆν. περιγενέσθαι: an παρελέσθαι? 22. ἐπέρχεται P. παρασκιάζων: an ἀποσκευάζων? vid. annot.

partibus cum exercitu validissimo, Romanorum fines populandi causa. interim Urselius saepe ab Alexio in angustias redactus est et, aliis atque aliis privatus castellis, quamvis magna et idonea militum copia instructus, consiliis patris mei Alexii longe inferior apparuit. itaque dudum confugere ad Tutachum meditatur; tandem rebus destitutus omnibus, adit barbarum eiusque amicitia comparata, ut foedus secum iniret, enixe rogat. cui consilio Alexius imperator occurrens, animum Tutachi praeoccupat inque partes suas verbis, donis, modis denique et artibus omnibus eum trahit. erat enim, si quis alius, consilii plenus ac facile se ex angustiis vel difficillimis expedire poterat. quae autem ad Tutachi gratiam conciliandam ratio plurimum valuit, ea eiuscemodi fere fuit. "amicitiam, inquit, inter se colunt tuus sultanus et imperator meus. barbarus vero hic Urselius vim utrique intentat et animo adversus ambos infestissimo est. nam et illius regiones vastat Romanumque imperium paulatim carpit, et Persidi detrahit quaecunque etiam hic rapere licet. callide autem totam rem aggreditur. siquidem nunc me amoliri studet adiutore te, mox, ubi occasio

δυνάμεως, αὖθις δὲ τοῦ καιροῦ τούτῳ συμπνεύσαντος, ἀφέμενος ἐμοῦ ὡς ἤδη ἐν ἀκινδύνῳ καθεστηκώς, πάλιν ἐξ ὑποστροφῆς κατὰ σοῦ ἀρεῖται τὰς χεῖρας. ἀλλ' εἴ τι ἐμοὶ πείθῃ, ἐπειδὰν καὶ αὖθις ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς, χρημάτων πολλῶν κρατῆσαι τὸν Οὐρσέλιον καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐξαποστεῖλαι δεσμώτην. τρία C γὰρ ἐντεῦθέν" φησι "κερδανεῖς, ἓν μὲν χρημάτων πλῆθος ὅσον καὶ οἷον οὐδείς πω πρότερον, ἕτερον δὲ τὴν εὔνοιαν τοῦ αὐτοκράτορος συνεπισπάσῃ, ἀφ' οὗπερ εἰς ἄκρον εὐδαιμονίας φθάσεις ἐληλυθώς, τρίτον δὲ ὅτι καὶ ὁ σουλτάνος τὰ μεγάλα ἡσθήσεται, ἐχθροῦ τηλικούτου ἐκποδὼν γεγονότος καὶ τὰς χεῖρας V. 9 ἀσκοῦντος καθ' ἑκατέρων κατά τε Ῥωμαίων καὶ Τούρκων." ταῦτα διαπρεσβευσάμενος πρὸς τὸν ἄνωθεν εἰρημένον Τουτὰχ ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς ἀρχηγὸς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καὶ ἅμα καὶ ὁμήρους πέμψας τῶν ἐνδοξοτάτων τινὰς ἐπὶ συγκειμένῳ χρόνῳ καὶ χρημάτων ποσότητι, πείθει τοὺς ἀμφὶ τὸν Τουτὰχ βαρβάρους κατασχεῖν τὸν Οὐρσέλιον. D καὶ τούτου ταχὺ γεγονότος, ἀποστέλλεται εἰς Ἀμάσειαν τῷ στρατοπεδάρχῃ. ἀλλ' ἐντεῦθεν ἐχρονοτρίβει τὰ χρήματα· αὐτὸς μὲν γὰρ οὐκ εἶχεν ὁπόθεν ἀποπληρώσειε, τὰ δ' ἐκ βασιλέως ἠμέλητο· καὶ οὐχ ὅτι βραδεῖ ποδὶ κατὰ τὴν τραγῳδίαν ἔστιχεν, ἀλλ' οὐδαμοῦ κατεφαίνετο. οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸν Τουτὰχ ἐνέκειντο τὸν τῶν χρημάτων ἀπαιτοῦντες ὄγκον ἢ τὸν ἐωνημένον ἐξόπισθεν λαμβάνειν καὶ παλινδρομεῖν ἐᾶν

9. καὶ om. P. 14. καὶ alterum om. A. 17. πέμπεται A.
20. οὐχ ὅτι A, οὐκ ἐπὶ PG. 21. μὲν γὰρ : δὲ A.

obvenerit, me omisso, utpote ab hac parte iam securus, rursus in te se convertet bellumque tibi inferet. quare si me audis, cum iterum Urselius ad vos venerit, eum capies et magna mercede nobis vinctum trades. inde tria tibi commoda evenient; primum pecunias tibi parabis, quantas nemo lucratus est unquam; deinde gratiam apud imperatorem inibis, a quo in summam felicitatem mox proveheris; postremo sultanus ipse magnopere laetabitur, sublato tam potenti hoste quique dudum arma exercet contra utrosque, Romanos atque Turcos." haec cum per legatos Tutacho pater meus exercitusque Romani dux significasset, obsidibus ex primorum civitatis numero missis, qui de pecunia suo tempore solvenda caverent, persuadet Tutacho barbaro Urselium capere. quo celeriter facto, mittitur is Amaseam ad imperatorem. sed iam pecunia desiderabatur, cum nec ipse unde solveret haberet, et imperator rem negligeret. neque etiam tardo, ut in tragoedia est, incedebat pede, sed plane nusquam apparuit pecunia. interim instabat Tutachus, ut aut pretium solveretur aut Urselius restitueretur et unde adductus fuisset, rediret. at ille

τοῦτον ὅθεν κατείληπτο· ὁ δὲ οὐκ εἶχεν ὅθεν ἀποδοίη τὴν
P. 6 τοῦ ἐωνημένου τιμήν. τοῖς ὅλοις οὖν δι' ὅλης νυκτὸς ἐξαπο-
ρούμενος, ἐρανίσασθαι παρὰ τῶν οἰκητόρων Ἀμασείας ἐλογί-
σατο τὴν τιμήν. καὶ αὐγαζούσης ἡμέρας, κἂν ἀργαλέον ἐδό-
κει, ἀλλ' ὅμως συνεκαλεῖτο ἅπαντάς τε καὶ μᾶλλον τοὺς τὰ
πρῶτα φέροντας καὶ χρημάτων εὐπορουῦντας. πρὸς οὓς μᾶλ-
λον θεασάμενος ἔφη. "ἴστε πάντες, ὅπως ὁ βάρβαρος οὑτοσὶ
τὰς τοῦ Ἀρμενιακοῦ διέθετο πόλεις ἁπάσας, ὅσας τε κωμο-
πόλεις ἐπύρθησε, καὶ ὁπόσους κακῶς διέθετο συμφοραῖς ἀφο-
ρήτοις ὑποβαλών, ὁπόσα τε χρήματα ἀφ' ὑμῶν ἐκομίσατο.
B ἀλλὰ καιρὸς ἤδη πάρεστι τῶν ἐξ αὐτοῦ ὑμᾶς ἀπαλλάττειν
κακώσεων, εἰ βούλεσθε. δεῖ τοιγαροῦν μὴ προέσθαι τοῦτον.
ὁρᾶτε γὰρ ὡς δεσμώτης ἡμῖν ὁ βάρβαρος νεύσει πάντως θεοῦ
καὶ ἡμετέρᾳ σπουδῇ. ὁ δὲ τοῦτον ζωγρήσας Τουτὰχ ἐξ ἡμῶν
αἰτεῖ τὴν τιμήν. ἡμεῖς δ' ἀπορουῦμεν παντάπασιν, ἐπ' ἀλλο-
δαπῆς τε ὄντες καὶ συχνὸν ἤδη χρόνον μετὰ τῶν βαρβάρων
μαχόμενοι καὶ τὰ προσόντα δεδαπανηκότες. εἰ μὴ γοῦν πόρρω
ὁ βασιλεὺς ἦν καὶ καιρὸν ἀναμονῆς ἐδίδου ὁ βάρβαρος, ἔσπευ-
σα ἂν ἐκεῖθεν κομισθῆναι τὰ τῆς τιμῆς. ἐπεὶ δ', ὡς ἴστε
καὶ αὐτοί, οὐδὲν τούτων ἔξεστι πράττειν, δέον ὑμᾶς συνεισ-
ενεγκεῖν τὴν τιμήν, καὶ λήψεσθε πάντα δι' ἡμῶν ἐκ βασι-

5. post ἅπαντας add. τε G 6. χρήματα G. 7. θεασάμε-
νος: ἐνατενίσας A. 9. συμφοραῖς: ποιναῖς A, ut Niceph.
Bryenn. p. 88, 7, quem ad verbum expressit coniux. 13. ὑμῖν
A. an νυνὶ? Bryennius p. 88, 11 ὁρᾶτε νῦν δεσμώτην. 15.
δ' om. P.

cum emtionis mercedem numerare nullo modo posset, tota nocte deliberando consumta, tandem ab Amasenis pecuniam exigere constituit ac primo mane, licet difficilis res videretur, populum convocavit, maxime eos, qui auctoritate et opibus plurimum pollebant. atque ad hos potissimum conversus, "nostis" inquit "omnes, quomodo hicce barbarus habuerit cunctas Armeniaci civitates, quot oppida vastaverit, quot cives malis non ferendis affecerit, quantam pecuniae vim a vobis extorserit. sed tempus iam adest, quo, si volueritis, liberare vos ab eius iniuriis possitis. nimirum hunc non dimitti oportet, quem divino plane consilio et nostra diligentia vinctum cernitis. verum qui illum cepit Tutachus mercedem a nobis postulat; nos autem, quoniam et peregre sumus et diuturno cum barbaris bello facultates nostras exhausimus, solvendo prorsus non sumus. quodsi a rege non ita procul abessem et barbarus pateretur differri, pecuniam inde celerrime afferendam curarem. nunc quoniam nihil, ut scitis ipsi, harum rerum fieri potest, vos pecuniam conferre oportet; imperator vobis per me, quaecunque praestiteritis, restituet." quae

λέως ὁπόσα παράσχητε." εἶπε ταῦτα, καὶ ἐξεκρούσθη παραυτίκα καὶ θόρυβον ἀνῆψε σφοδρότατον, τῶν Ἀμασειανῶν εἰς ἀποστασίαν κεκινημένων. ἦσαν γὰρ οἳ τούτους εἰς θυμὸν καὶ θόρυβον ἠρέθιζον ἄνδρες κακουργότατοί τινες καὶ ῥέκται πραγμάτων, εἰδότες ὀτρύνειν δῆμον εἰς ταραχήν. θόρυβος τοίνυν ἦρτο πολύς, τῶν μὲν βουλομένων σώζεσθαι τὸν Οὐρσέλιον καὶ τὸ πλῆθος ἀντιλαβέσθαι τούτου ἐρεθιζόντων, τῶν δὲ ἐκταραττομένων (τοιοῦτον γὰρ τὸ συρφετῶδες πλῆθος,) καὶ τὸν Οὐρσέλιον ἁρπάσαι θελόντων καὶ τῶν δεσμῶν ἀπολύειν. δῆμον οὖν ὁ στρατοπεδάρχης τοσοῦτον ὁρῶν μαινόμενον, ὡς ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτὸν ἐγνώκει, κατεπεπτώκει μὲν οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐπιρρώσας ἑαυτὸν κατεσίγαζε τῇ χειρὶ τὸν θόρυβον. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις τούτους καταπαύσας καὶ πρὸς τὸ πλῆθος τὸν λόγον μετενεγκὼν ἔφη. "θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ἄνδρες Ἀμασειανοί, ὅπως τὴν συσκευὴν τουτωνὶ τῶν ἐξαπατώντων ὑμᾶς παντάπασιν ἠγνοήσατε, τὴν σφῶν αὐτῶν σωτηρίαν τῷ ὑμετέρῳ αἵματι ἐξωνουμένων καὶ μεγίστην ὑμῖν τὴν βλάβην προξενούντων ἀεί. ποία γὰρ ὑμῖν τῆς τοῦ Οὐρσελίου τυραννίδος ἡ ὠφέλεια, εἰ μὴ σφαγαὶ καὶ πηρώσεις καὶ ἀκρωτηριασμοὶ μελῶν; οὗτοι δὲ οἱ τῶν τοιούτων ὑμῖν πρόξενοι ἔνθεν μὲν τὰ οἰκεῖα ἀσινῆ διετήρουν τὸν βάρ-

C D V. 10 P. 7

1. ὅσα A. παράσχοιτε PG, alterum A cum Bryennio. 3. θυμὸν καὶ om. G. 11. καταπεπτώκει AG. 14. ἀνενεγκὼν PG, alterum A. 15. ὅπως : ὅτι P. ταύτην PG, καταασυσκευὴν τουτωνὶ A. 18. ποία A, ποῦ P, π . . . G. 19. εἰ om. P, εἰ μὴ A, ἐς μὴ G.

ubi dixit, illico explosus est vehementemque concivit tumultum, Amasenis defectionem molientibus. non deerant enim, qui populum ad seditionem cierent, homines quidam pessimi turbarumque machinatores, qui plebis concitandae erant periti. tumultus igitur ortus est ingens, dum alii servatum Urselium cupiunt populumque ad opem ei ferendam incitant, alii, quale est vilis plebeculae ingenium, tumultuantur, Urselium e custodia liberaturi. multitudinem igitur tantam ubi Alexius furentem vidit, rei difficultate perspecta, nequaquam tamen diffidere sibi coepit, verum animo confirmato, silentium manu indixit. quod cum tandem aegre impetrasset, ad multitudinem iam conversus, haec dixit. "mirari subit, viri Amaseni, quod consilia istorum hominum, qui vos decipere student, plane ignoretis, cum suam ipsorum salutem vestro quaerant sanguine gravissimamque semper calamitatem vobis parent. quis enim ex Urselii dominatione in vos fructus redundavit, nisi caedes, excaecationes truncationesque membrorum? isti vero, qui talium rerum vobis auctores sunt, partim rei familiari bene prospexerunt barbarum demerentes, partim in praemia ab imperatore

βαρον θεραπεύοντες, ἐκεῖθεν δὲ αὖθις τῶν ἐκ βασιλέως ἐνεφοροῦντο δωρημάτων, χαριζόμενοι τούτῳ, ὅτι μὴ ὑμῶν τε καὶ τῆς πόλεως Ἀμασείας παρεχώρησαν τῷ βαρβάρῳ, καὶ ταῦτα μηδένα λόγον ὑμῶν ποιησάμενοι πώποτε. διὰ τοῦτο καὶ τὴν τυραννίδα συνίστασθαι βούλονται, ἵνα τῷ μὲν τυ- 5
ράννῳ χρηστὰς ὑποσαίνοντες ἐλπίδας, ἀσινῆ τὰ οἰκεῖα διατη-
Bρῶσιν, ἐκ βασιλέως δὲ αὖθις ἀπαιτῶσι τιμάς τε καὶ δωρεάς. ἢν δέ τι καὶ νεωτερισθείη, αὐτοὶ μὲν πάλιν ἑαυτοὺς τοῦ δράματος ἐξάγωσιν, τὸν δὲ βασιλέως θυμὸν καθ' ὑμῶν ἐξάψωσιν. εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε, τούτους μὲν ὑμᾶς πρὸς θό- 10
ρυβον ἐρεθίζοντας τὸ παρὸν ἐρρῶσθαι ἐάσατε· ἕκαστος δὲ ὑμῶν οἴκαδε ἀπελθὼν τὰ λεχθέντα σκοπείτω, καὶ εἴσεσθε ὁποῖος ὑμῖν τὸ ξυμφέρον βουλεύεται."

3. Τούτων ἀκούσαντες τῶν ῥημάτων, ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος τὴν γνώμην μεταβαλόντες οἴκαδε ἀνεχώρουν. ὁ 15
δὲ στρατοπεδάρχης γινώσκων τὸν δῆμον ἐν ῥοπῇ τὰς γνώμας
Cμεταβάλλειν εἰωθότα, καὶ μᾶλλον εἰ ὑπὸ χαιρεκάκων ὀτρύνεται, δείσας μὴ διὰ τῆς νυκτὸς κατ' αὐτοῦ μελετήσαντες ἐπέλθωσι καὶ τὸν Οὐρσέλιον ἐξαγαγόντες μὲν τῆς φρουρᾶς, λύσαντες δὲ τῶν δεσμῶν ἀφῶσιν, ἐπεὶ μὴ ἀποχρώσας εἶχε 20
δυνάμεις πρὸς τοσούτους ἀντικαταστῆναι, μηχανᾶται τὸ ἐν-

1. βασιλέων hic et infra P. 4. ταῦτα μηδὲν οἱ πολλοὶ ὑμῶν P, ταῦτα μ . . . . . οἱ πολλοὶ ὑμῶν G, ταῦτα . . . . . δένα λόγον ὑμῶν A, correxi. 5. καὶ τὴν: an καὶ νῦν τὴν? Bryennius p. 89, 20 καὶ αὖθις. βούλονται ἵνα τῷ A, βουλόμενοι τῷ PG. 11. ἐρεθίζονται P, fortasse οἳ ὑμᾶς — ἐρεθίζονται. ἔρρειν A cum Bryennio. 16. ὄχλον A. 17. ὀτρύνοιτο A.

missa rursus se ingurgitavere, huius gratia factum iactantes, quod vosque et Amaseam urbem barbaro non tradidissent, vestri ne ulla quidem unquam ratione habita. quapropter etiam tyrannidem restitutam volunt, ut et barbaro commoda spe subblandientes, rem familiarem intactam servent, et ab imperatore rursus honores et praemia expetant. et si qua seditio orta fuerit, semet ipsos e periculo subducent, imperatoris autem in vos iram vertent. itaque istis, qui ad tumultum vos incitant, si quid mihi creditis, valere iussis, domum quisque suam abite et quae dixi perpendite. ita facile intelligetis, utri mĕlius vobis suadeant.

3. Quibus auditis, velut conversa testula, sententiam mutant domumque abeunt. imperator autem, qui plebis in ipso discrimine inconstantiam nosset, praesertim si a malitiosis hominibus incitaretur, verebatur, ne insequente nocte iterum infesto se animo aggrederentur et Urselium e custodia eductum vinculisque liberatum dimitterent. quoniam autem tantae multitudini reprimendae copiae, quibus

τεῦθεν Παλαμήδειόν τι μηχάνημα. ἐς μὲν τὸ φανερὸν ἀποτυφλοῖ τὸν Οὐρσέλιον· καὶ ἥπλωτο μὲν τῇ γῇ, ὁ δὲ δήμιος ἐπῆγε τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἐπωδύρετό τε καὶ ἔστενε καθάπερ λέων βρυχόμενος· σχῆμα δὲ πάντα ἦσαν τῆς τῶν ὀμμάτων ἀποστερήσεως, παρήγγελτο δὲ καὶ ὁ τῷ δόξαι τυφλούμενος D βοᾶν τε καὶ κεκραγέναι, καὶ ὁ μέχρι τοῦ δοκεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττων δριμύ τε ἐνορᾶν πρὸς τὸν ἐκκείμενον καὶ μανιώδη τὰ πάντα δρᾶν, μᾶλλον δὲ σχηματίζεσθαι τὴν ἀποτύφλωσιν. καὶ ὁ μὲν ἀπετυφλοῦτο μὴ ἀποτυφλούμενος, ὁ δὲ δῆμος ἐκρότει καὶ πανταχόθι τὴν τοῦ Οὐρσελίου τύφλωσιν διεβόμβει. ταῦτα ὥσπερ ἐν σκηνῇ δραματουργηθέντα πέπεικε τὸν ὄχλον ὅλον, ὅσος ἐγχώριος καὶ ὅσος ἔξωθεν, εἰς ἔρανον κατὰ τὰς μελίσσας συλλέγεσθαι. τοῦτο γὰρ ἅπαν τὸ σκέμμα τῆς Ἀλεξίου φρονήσεως, ἵνα οἱ πρὸς τὸ δοῦναι χρήματα δυσχερῶς ἔχοντες καὶ ἀφελέσθαι τὸν Οὐρσέλιον ἐπιβουλεύοντες P. 8 ἐκ τῶν χειρῶν Ἀλεξίου τοὐμοῦ πατρός, ἀποκαραδοκήσωσί τε, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοῖς τῆς ἐπιβουλῆς ἀνωφελοῦς καθεστηκυίας, καὶ ταχὺ πρὸς τὸ βούλημα τοῦ στρατοπεδάρχου τράπωνται, τῆς πρώην ἀστοχοῦντες βουλῆς, αὐτόν τε φίλον ποιούμενοι καὶ ὀργὴν βασιλέως ἐκκλίνοντες. τοῦτον τοίνυν οὕτω κατασχὼν τὸν Οὐρσέλιον ὁ ἀξιάγαστος στρατηγός, εἶχεν ὡς ἐν ζωγρείῳ τὸν λέοντα, ἔτι ἐπικαλύμματα τοῖς ὀφθαλμοῖς φέ-

5. τὸ δόξαν A. 7. ἐγκείμενον A. 8. ἀποτυφλωσίαν G.
10. πανταχόθεν G. 12. ὅλον om. A. 14. πρὸ τοῦ P.
22. ζωγρείῳ A, ζωγρίῳ PG. ἔτι om. P.

instructus erat, non sufficerent, Palamedeum quendam excogitavit dolum. simulat excaecare Urselium; humi resupinato carnifex ferrum admovet; lamentatur ille atque eiulat, ut leonem rugire crederes. omnia excaecandi speciem prae se ferebant; iussus enim erat Urselius, qui excaecari fingebatur, clamores tollere, et qui oculos eruere videbatur, torvo prostratum vultu adspicere ac saeva illa omnia perficere, vel potius ita agere, ac si revera excaecaret. sic excaecatus est ille non excaecatus; vulgi autem rumoribus ubique increbruit, Urselium excaecatum esse. haec velut in scena acta omnem multitudinem eo adducebant, ut et indigenae et peregrini, apium more, symbolas darent. hoc enim erat Alexii consilium, ut qui pecuniam detrectaverant Urseliumque emittere de manibus Alexii patris mei moliti erant, cum id conamen iam inane futurum esset, conquiescerent et illico sibi dicto audientes essent, prioris consilii spe frustrati; qua quidem re et Alexium sibi conciliarent, et regis iracundiam evitarent. tali modo cum Urselium in vinculis admirabilis imperator retinuisset, custodivit eum tanquam in cavea leonem; at-

ροντα, τὰ σύμβολα τῆς δῆθεν ἀποτυφλώσεως. οὐ μὴν ἠρκεῖτο
V. 11 οἷς εἴργαστται, οὐδὲ ὡς μέγα κῦδος ἀράμενος πρὸς τἆλλα τῶν
B πραγμάτων ἀναπεπτώκει, ἀλλὰ πόλεις τε ἄλλας πολλὰς καὶ
φρούρια κατεκτήσατο καὶ ὑπὸ τὴν τῆς βασιλείας ἐξουσίαν
πεποίηκεν, ὅσα ἐπὶ τῶν Οὐρσελίου καιρῶν πονηρῶς προπέ- 5
πραχεν. ἐντεῦθεν οὖν τὰς ἡνίας στρέψας, εὐθὺ τῆς βασι-
λίδος πόλεως ἤλαυνε. γενόμενος δὲ ἐν τῇ παππῴᾳ πόλει καὶ
μικρὸν ἀναπαύων τῶν πολλῶν καμάτων ἑαυτόν τε καὶ τὴν
σύμπασαν στρατιάν, πρᾶγμα ἐντεῦθεν ὤπτο πεποιηκώς, ὅπερ
Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀδμήτου Ἀλκήστιδι. ὡς γὰρ 10
εἶδεν ὁ Δοκειανὸς ἐκεῖνος, ὁ τοῦ προβεβασιλευκότος Ἰσαα-
κίου Κομνηνοῦ ἀδελφιδοῦς καὶ τούτου ἐξάδελφος, (ἀνὴρ δὲ
οὗτος τῶν ἐπιδόξων καὶ γένει καὶ ἀξιώματι,) τὸν Οὐρσέλιον
C τὰ τῆς τυφλώσεως σύμβολα φέροντα καὶ ὑπό του χειραγω-
γούμενον, βύθιόν τι στενάξας καὶ ἐπιδακρύσας τῷ Οὐρσελίῳ, 15
ὠμότητα κατηγορήκει τοῦ στρατηγοῦ καὶ μέμψιν αὐτῷ ἐπή-
γαγε, τούτου καταβοώμενος ὡς τοιοῦτον ἄνδρα γεννάδαν τε
καὶ ἄντικρυς ἥρωα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφελομένου, ὃν ἐχρῆν
ἀτιμώρητον διασώσασθαι. ἀλλ' ἐκεῖνος τότε μὲν "τὰς αἰτίας
τῆς ἀποτυφλώσεως εἰσαῦθις ἐπακούσειας," ἐπειπὼν "φιλτατέ 20
μοι," μετὰ βραχὺ δ' εἰς οἰκίσκον ἀγαγὼν αὐτόν τε καὶ τὸν
Οὐρσέλιον, ἀνακαλύπτει τὸ πρόσωπον καὶ δείκνυσιν Οὐρσε-

2. μέγα add. A. 3. ἐπεπτώκει A. τε om. P. 9. ἐκεῖθε G. πεποιηκέναι G. 16. κατηγόρει A. ἐπήγαγε A, ἐπῆγε PG. 17. γεννάδα καὶ A. 21. δ' add. A.

que oculi etiam obtecti erant fasciis, quae excaecationis scilicet indicio essent. neque tamen quae gesserat satis ille putabat, nec tanquam abunde parta gloria, in ceteris rebus supinus erat; immo alias urbes multas arcesque recipiebat, et omnes regiones, quae Urselii temporibus defecerant, imperio restituebat. tum demum reversus, in urbem regiam contendit; cumque in oppidum pervenisset, unde avus eius oriundus erat, ibique se atque exercitum universum a multis laboribus paulisper recrearet, miraculum edidit, quale Hercules ille in Admeti coniuge Alcestide. nam cum Doceanus, Isaacii Comneni, qui antea imperator fuerat, ex sorore nepos, Alexii patruelis, vir et genere et dignitate in primis clarus, Urselium conspiceret caecationis signa oculis gestantem et manu a quodam ductum, graviter suspirans et illacrimans eius casui, crudelitatis Alexium arguit, atque invectus in eum exprobrat, quod homini tam generoso ac plane heroi oculos effoderit, quem servasse incolumem oportuisset. cui tunc quidem ille "huius," inquit "carissime, supplicii causas propediem ex me audies," mox autem in aediculam deduxit eum cum Urselio, ubi

λίου τοὺς ὀφθαλμοὺς πυρωπὸν ἀπαστράπτοντας. ἔξεπλάγη ταῦτα ὡς ἐθεάσατο, καὶ ἐθαύμασεν ὁ Δοκειανὸς καὶ οὐκ D
εἶχεν ὅ τι καὶ χρήσαιτο τῷ πλήθει τοῦ θαύματος. καὶ θαμὰ ταῖς ὄψεσι τὰς χεῖρας ἐπέβαλλε, μή που καὶ ὄναρ ἐστὶ τὸ θεώμενον ἢ τις μαγικὴ τερατεία ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἄρτι πρώτως καινοτομούμενον. ὡς δὲ τὴν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ φιλανθρωπίαν τοῦ ἐξαδέλφου κατεμάνθανε καὶ μετὰ τῆς φιλανθρωπίας τὴν τέχνην, περιχαρὴς γεγονὼς ἐνηγκαλίζετό τε αὐτὸν καὶ κατεφίλει πολλάκις τὸ πρόσωπον, εἰς ἡδονὴν τὸ θαῦμα μεταβαλών. ταὐτὸ δὲ τούτῳ πεπόνθασι καὶ οἱ περὶ τὸν βασιλέα Μιχαὴλ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς καὶ πάντες.

4. Ἐντεῦθεν πάλιν ἐπὶ τὴν ἑσπέραν πέμπεται παρὰ P. 9
Νικηφόρου τοῦ αὐτοκράτορος ἤδη τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα κατεσχηκότος κατὰ Νικηφόρου τοῦ Βρυεννίου, τὴν δύσιν ὅλην κλονοῦντος καὶ τὸ διάδημα ἑαυτῷ περιθεμένου καὶ βασιλέα Ῥωμαίων ἀνακηρύττοντος. ἄρτι γὰρ τοῦ αὐτοκράτορος Μιχαὴλ τοῦ Δούκα τοῦ θρόνου καθαιρεθέντος καὶ ἀντὶ ταινίας τε καὶ χλαμύδος τὸν ποδήρη καὶ τὴν ἐπωμίδα τὴν ἀρχιερατικὴν ἐνδεδυμένου, ὁ Βοτανειάτης ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου καθίσας καὶ τὴν βασιλίδα Μαρίαν, ὡς προϊὼν ὁ λόγος σαφέστερον παραστήσειε, μνηστευσάμενος, τὰ τῆς βασιλείας B
διίθυνε πράγματα. ἀλλ' ὁ Νικηφόρος Βρυέννιος τὴν δουκι-

4. ἐπίβαλε PG, alterum A. 5. θεώμενον G, θεωρούμενον P, φαινόμενον A. 6. πρῶτον G. 10. ταὐτὸν A. 13. Ῥωμαῖα P. 14. Βρυενίου P ubique. 18. χλαμύδος A, σιέμματος PG. 21. παρασιήσει P.

fasciis amotis, velut igne micantes Urselii oculos ei monstravit. obstupuit, ubi hoc vidit, Doceanus atque admiratione correptus est, nec habuit, quid de tanto miraculo sentiret; simul frequenter oculos manibus contrectat, si forte somnium esset quod cerneret, aut magicae praestigiae aut alia quaedam id genus fraus nova. sed postquam humanitatem et sapientiam Alexii perspexit, summopere laetatus, eum complexus osculatusque saepius est, admiratione in gaudium versa. idem accidit illis, qui circa imperatorem Michaelem erant, et imperatori ipsi et ceteris omnibus.

4. Inde rursus in Occidentem Alexius mittitur a Nicephoro imperatore, qui principatum iam nactus fuerat, adversus Nicephorum Bryennium, qui occiduas provincias perturbabat omnes et, diademate sumto, regem se Romanorum proclamarat. modo enim, ubi imperator Michael Ducas imperio pulsus pro diademate chlamydeque talarem et epomidem episcopalem induit, Botaniates solio occupato regio et imperatrice Maria, ut accuratius postea narrabimus, in matrimonium ducta, imperii administrationem susceperat. sed Nicephorus

κὴν περιεζωσμένος ἀρχὴν Δυρραχίου ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μιχαήλ, καὶ πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Νικηφόρον βασιλειᾶν τε ἤρξατο καὶ ἀποστασίαν κατὰ τοῦ Μιχαὴλ ἐμελέτησε. τὸ μὲν ὅθεν καὶ ὅπως, οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν διηγεῖσθαι· φθάνει γὰρ ἡ τοῦ Καίσαρος ξυγγραφὴ τὸ αἴτιον τῆς ἀποστασίας ἐξιστορῆσαι· τὸ δ' ὅτι ἐκεῖθεν ὥσπερ ἐξ ὁρμητηρίου τινὸς τῆς πόλεως Δυρραχίου πάντα τὰ τῆς ἑσπέρας κατέδραμεν καὶ ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο, καὶ ὅπως οὗτος ἑάλω, τοῦτο τῶν C ἀναγκαιοτάτων ἐστὶν ἐν βραχεῖ διηγήσασθαι. τὸ γὰρ ἀκρι- V. 12 βὲς τῆς ἱστορίας τὸν βουλόμενον μαθεῖν ἐς τὸν Καίσαρα παραπέμπομεν. κράτιστος γὰρ ὁ ἀνὴρ τὰ πολέμια καὶ ἅμα καὶ γένος ὢν τῶν ἐπισημοτάτων καὶ ἀναδρομῇ σώματος καὶ κάλλει προσώπου κοσμούμενος, καὶ ἐμβριθείᾳ φρονήματος καὶ βραχιόνων δυνάμει τῶν κατ' αὐτὸν διαφέρων ἀνδρῶν, ἐπάξιον ἦν βασιλείας τὸ χρῆμα, καὶ τοσοῦτο ἦν εἰς πειθὼ δυνατὸς καὶ πάντας ἑφέλκειν καὶ ἐκ πρώτης ὄψεως καὶ ὁμιλίας δυνάμενος, ὥστε πάντες παυδημεὶ καὶ στρατιῶ- D ται καὶ ἰδιῶται τῶν πρωτείων αὐτῷ ξυνεχώρουν καὶ βασιλεύειν ἠξίουν ἁπάσης ἑῴας καὶ ἑσπερίας λῆξεως. καὶ γὰρ ἐπιόντα τοῦτον αἱ πόλεις ἅπασαι ὑπτίαις χερσὶν ὑπεδέχοντο, καὶ ἄλλη πρὸς ἄλλην μετὰ κρότου παρέπεμπεν. ταῦτα ἐτάραττε μὲν τὸν Βοτανειάτην, ἐξεκύκα δὲ καὶ τὸ περὶ αὐτὸν

2. βασιλείαν P. 8. ἐποίησε PG, alterum A. 12. γένους AG. 14. βραχίονος G. 14. scripsit fortasse ἐπάξιος ἦν βασιλείας αὐτόχρημα. vid. annotat. 15. τοσοῦτο G, τοσοῦτος PA.

Bryennius, ad ducatum Dyrrhachii imperante Michaele provectus, cum Nicephorus nondum regno potitus esset, imperium affectare coeperat et a Michaele deficere meditatus erat. cuius incepti quae causa fuerit quaeque ratio, quoniam in Caesaris historia ea res iam perscripta est, nihil attinet exponere. verum ut Dyrrhachio tanquam ex arce omnes Occidentis regiones invaserit sibique subiecerit, utque ipse captus sit, enarrare breviter vel maxime est necessarium. nam qui accuratius ea nosse cupit, eum ad Caesarem remittimus. fortissimus enim cum is esset et nobilissimo simul genere ortus, ac proceritate corporis facieique pulchritudine insignis, et gravitate consilii non minus quam lacertorum robore aequalibus antecellens, dignissimus sane imperio erat. tantum etiam eloquentia valebat omnesque vel primo aspectu et alloquio ita sibi conciliare poterat, ut omnes omnino et milites et privati summam rerum ei concederent, atque occidentalis orientalisque limitis imperio dignum eum haberent. nam quascunque adibat urbes omnes et venientem supinis manibus excipiebant, et abeuntem alia alio cum plausu ac pompa prosequebantur.

στράτευμα καὶ εἰς ἀμηχανίαν τὴν βασιλείαν ὅλην ἐνέβαλλε. πέμπειν οὖν διεγνώκεισαν τὸν ἐμὸν πατέρα τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον κατὰ τοῦ Βρυεννίου, δομέστικον τῶν σχολῶν ἄρτι προχειρισθέντα, μετὰ τῶν ἐνουσῶν δυνάμεων. εἰς γὰρ τὸ μέρος τοῦτο ἡ βασιλεία Ῥωμαίων εἰς τοὔσχατον ἐληλύθει. τά τε γὰρ ἑῷα τῶν στρατευμάτων ἄλλο ἀλλαχοῦ διεσκέδαστο, τῶν Τούρκων ὑραπλωθέντων καὶ πάντα σχεδὸν περι- P. 10
σχόντων, ὅσα Εὐξείνου πόντου ἐστὶ μεταξὺ καὶ Ἑλλησπόντου καὶ Αἰγαίου τε καὶ Συριακοῦ πελάγους κόλπων τε τῶν ἄλλων καὶ μάλιστα ὁπόσοι Παμφυλίαν τε καὶ Κίλικας παραμείβοντες ἐς τὸ πέλαγος ἐκπίπτουσι τὸ Αἰγύπτιον. τὰ μὲν οὖν ἑῷα στρατεύματα οὕτως ἔσχον· τὰ δὲ τῆς ἑσπέρας ἐς τὸν Βρυέννιον συρρεύσαντα εἰς στενὸν κομιδῇ καὶ ὀλίγον στράτευμα τὴν βασιλείαν ἀφῆκε Ῥωμαίων. ἀθάνατοί τε γάρ τινες αὐτῇ κατελείφθησαν χθὲς καὶ πρώην ξίφους ἡμμένοι καὶ δόρατος, καὶ τινες ἐκ τοῦ Χώματος στρατιῶται ὀλίγοι, B
καὶ Κελτικὴ τις στρατιὰ εἰς ὀλίγους τινὰς περισταμένη. τούτους δὴ τῷ ἐμῷ πατρὶ Ἀλεξίῳ διδόασι, καὶ ἅμα συμμάχους ἀπὸ τῶν Τούρκων προσκαλεσάμενοι, ἐξιέναι οἱ περὶ τὸν βασιλέα προσέταττον καὶ ξυμμίξαι τῷ Βρυεννίῳ, οὐ μᾶλλον εἰς τὴν ἑφεπομένην στρατιὰν θαρροῦντες ἢ εἰς τὸ φρό-

9. πελάγους σῦρτες καὶ τῶν ἄλλων G, Αἰγαίου καὶ Συριακοῦ πελάγους καὶ τῶν ἄλλων κόλπων ὁπόσοι A. 11. ἐκπέμπουσι PG, ἐκπίπτουσι A.

haec terrorem Botaniati incutiebant, conturbabant etiam exercitum, quo instructus erat, et universum imperium in discrimen adducebant. visum est igitur Alexium Comnenum patrem meum, dignitate magni domestici scholarum nuper auctum, adversus Bryennium mittere cum tanta quanta licuit militum manu. nam rem militarem quod attinet, Romanorum imperium ad extremum devenerat; orientales siquidem exercitus alii alio loco dispositi erant, ut Turcis resisterent, qui fines paulatim protulerant et omnes fere regiones tenebant, quae mari Euxino Hellespontoque et Aegaei Syriacique maris cinguntur sinubus cum aliis, tum praesertim iis, qui Pamphyliam Ciliciamque tangentes in mare Aegyptium delabuntur. orientales igitur exercitus ita se habebant; occidentales autem legiones ad Bryennium confluxerant, ut exilis admodum parvusque exercitus imperatori remanserit. nam et immortales nonnulli reliqui erant, qui nuper admodum gladios hastasque tractare coeperant, et pauci quidam qui e Chomate erant milites, et Gallicae copiae ad exiguum numerum redactae. has igitur copias patri meo Alexio imperator tradidit, simulque auxiliis a Turcis expetitis, ingredi expeditionem et confligere cum Bryennio eum iubet, non tam exercitu qui eum sequebatur fretus, quam con-

Carton-Blatt

νημα τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὴν ἐν πολέμοις καὶ μάχαις δεινότητα. ὁ δὲ τὴν ξυμμαχίαν μὴ περιμείνας, ὀξέως ἐπερχόμενον τὸν ἐχθρὸν ἀκούων, κἀντεῦθεν καλῶς καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς ξυνεπομένους φραξάμενος, ἔξεισι τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ κατὰ τὴν Θράκην γεγονὼς περὶ τὸν Ἅλμυρὸν ποταμὸν στρα- 5
C τοπεδεύει ἄνευ τάφρων καὶ χάρακος. μανθάνων γὰρ τὸν Βρυέννιον ἐν τοῖς Κηδόκτου πεδίοις αὐλιζόμενον ἐβούλετο ἑκάτερα τὰ στρατεύματα αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἐναντίων ἀξιόλογον ἀπέχειν διάστημα. οὐ γὰρ εἶχεν ἀντιμέτωπος ἐπιστῆναι τῷ Βρυεννίῳ, ἵνα μὴ κατάφωρα γένοιτο τὰ τῆς δυνάμεως καὶ 10
μὴ δοίη, ὁπόσος τίς ἐστι τὴν στρατιάν, αἴσθησιν τῷ ἐχθρῷ. μετ' ὀλίγων γὰρ πρὸς πολλοὺς καὶ μετ' ἀπειροπολέμων πρὸς ἐμπειροπολέμους ἔμελλε ξυμβαλεῖν, καὶ τοῦ θαρρεῖν ἀφέμενος καὶ ἀναφανδὸν ἐμπίπτειν, κλωπιτεύειν τὴν νίκην ἐβούλετο.

5. Ἐπεὶ δὲ ἄνδρας καὶ ἀμφοτέρους γενναίους εἰς πό- 15
λεμον ὁ λόγος κατεστήσατο, τόν τε Βρυέννιον καὶ τὸν ἐμὸν
D πατέρα τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον, (οὐδὲν γὰρ ἕτερος τοῦ ἑτέρου πρὸς ἀνδρείαν ἀπελιμπάνετο, οὐδὲ τὰ τῆς ἐμπειρίας
V. 13 ἕτερος ἑτέρου παρ' ἔλαττον εἶχεν,) ἄξιόν ἐστι κατιστησαμένους τούτους εἰς φάλαγγας καὶ ἀντιπαρατάξεις, ἐκεῖθεν ἀπο- 20
σκοπῆσαι τοῦ πολέμου τὴν τύχην. τῷ μὲν γὰρ ἄνδρε τούτω καὶ ἄμφω ἦστην καλὼ καὶ γενναίω καὶ τά γε εἰς χεῖρας καὶ

12. μετ' alterum add. Hoeschel. 14. κλωπιτεύειν A, κλωπετεύειν PG. 15. εἰς πόλεμον om. P. 18. τὰ : τι G.

silio et bellica virtute hominis. qui cum celeriter adventare hostem audisset, illico se suosque instruxit et auxiliarium adventu non exspectato, ex urbium regina in Thraciam proficiscitur ibique circa Halmyrum fluvium castra sine fossa et vallo posuit. quoniam enim Bryennium in Cedocti campis consedisse certior factus erat, utrumque et suum et hostium exercitum satis magno distare intervallo voluit. nam ex adverso copias collocare non licuit, ne earum conditio hosti patefieret et quantus sibi exercitus esset, cognosceretur. erat enim cum paucis contra plurimos, cum tironibus contra exercitatissimos decertaturus. itaque audendi et aperto invadendi tempus Alexius non esse ratus, furari victoriam volebat.

5. Iam vero cum narratio virum utrumque generosum, Bryennium et patrem meum Comnenum Alexium, (neque enim virtute nec rei bellicae experientia alter alteri quidquam concedebat,) ad certamen composuerit, operae pretium est, acie utrimque instructa, qualis proelii fortuna fuerit, cognoscere. erant enim ambo duces speciosi ac nobiles, et si fortitudinem experientiamque spectas, pares velut aequato examine; quare fortuna utram in partem inclinaverit, viden-

πεῖραν ἴσοι ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης ἱστάμενοι· ὁρᾷν δὲ ἡμᾶς χρεών, ὅπου τὰ τῆς τύχης ἐπέβρισεν. ὁ μὲν γὰρ Βρυέννιος μετὰ τοῦ θαρρεῖν ταῖς δυνάμεσι καὶ τὴν πεῖραν προὐβάλλετο καὶ τὴν εὐταξίαν τῆς παρατάξεως· ὁ δ' Ἀλέξιος ἐκ τοῦ ἐτέ- P. 11
ρου ὀλίγας μὲν ἐλπίδας καὶ πάνυ ἀφελεῖς εἶχεν ὅσον ἐπὶ τῷ στρατεύματι, ἀντιπροὐβάλλετο δὲ τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης ἰσχὺν καὶ τὰς στρατηγικὰς μηχανάς. ἤδη γὰρ ἀλλήλοιν αἰσθόμενοι καὶ ὅτι πολέμων ἤδη καιρός, ὁ μὲν Βρυέννιος, ἐπειδὴ τὰς ἐφόδους αὐτοῦ προϋποτέμνεσθαι τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον μεμαθήκοι καὶ περὶ Καλαυρὴν στρατοπεδεύειν, οὕτω ξυνταξάμενος ἀντεπήρχετο. εἰς τε γὰρ δεξιὸν κέρας καὶ εὐώνυμον τάξας τὸ στράτευμα, τοῦ μὲν δεξιοῦ κατάρχειν τὸν αὐτάδελφον Ἰωάννην ἐπέταττε· πεντακισχίλιοι δ' ἦσαν οἱ τοῦτο τὸ μέρος συμπληροῦντες, Ἰταλοί τε καὶ τῆς τοῦ Μα- B
νιάκου ἐκείνου ἀποσπάδος, καὶ μὴν καὶ ἐκ Θετταλίας ἄνδρες ἱππεῖς καὶ μοῖρά τις τῶν ἀπὸ τῆς ἑταιρείας οὐκ ἀγεννής. θάτερον δὲ τὸ εὐώνυμον κέρας ὁ Ταρχανειώτης εἶχε Κατακαλών, Μακεδόνας τε καὶ Θρᾷκας ἐξωπλισμένους εἰς τρισχιλίους τοὺς ξύμπαντας συναριθμουμένους. αὐτὸς δ' ὁ Βρυέννιος τὸ μέσον κατεῖχε τῆς φάλαγγος, ἔκ τε Μακεδόνων καὶ Θρᾳκῶν συντεταγμένον καὶ τοῦ ἀρχοντικοῦ σύμπαντος ὅσον ἐπίλεκτον. πάντες δὲ ἐφ' ἵπποις Θετταλοῖς ἐποχούμενοι καὶ τοῖς σιδηροῖς θώραξι καὶ τοῖς περὶ τὴν κεφαλὴν κράνεσιν ἐξαστρά-

5. ἀφαυρὰς A, ἀφε . . . . G. 8. an πολεμεῖν? 10. μεμαθήκει A. 14. Μανιάκη A. 16. ἑταιρείας A, ἑταιρίας PG. 22. ἵππου Θετταλῆς AG.

dum nobis est. Bryennius igitur, praeterquam quod copiis fideret, et belli usu protegebatur et acie bene instructa; Alexius contra, qui in copiis parvam exiguamque plane spem collocabat, praesidium a solertia ac belli arte habebat. cum enim alter alterum adventasse sensisset et decertandi tempus iam adesse, Bryennius, qui Alexium, intercluso itinere, ad Calauram castra posuisse percepit, in ipsum movit, acie ita instructa. copiis in dextrum ac sinistrum cornu divisis, dextro cornu Iohannem fratrem praeposuit, idque quinque millibus constabat Italorum et qui e Maniaci illius copiis supererant. his additi erant equites Thessali et haud exigua pars eorum, qui sodales appellantur. sinistro cornu Tarchaniotes Catacalo praefuit; ibi Macedones atque Thraces stabant numero admodum tria millia armatorum. Bryennius ipse mediam aciem tenebat, e Macedonibus Thracibusque et quotquot ex universa nobilitate selecti erant, constantem. omnes autem equis Thessalis utebantur, et ferreis loricis galeisque late fulgebant; cumque equi arrigerent aures et clipei con-

πτοιντες, τῶν τε ἵππων διεγειρομένων ἐς ὀρθὸν οὖς καὶ τῶν ἀσπίδων πρὸς ἀλλήλας παταγουσῶν, πολλή τις αὐγὴ αὐτῶν τε καὶ τῶν κορύθων ἐκεῖθεν ἐξέπιπτε μετὰ δείματος. ὁ δὲ C εἰς μέσους κυκλούμενος ὁ Βρυέννιος καθάπερ τις Ἄρης ἢ Γίγας ὑπερωμίας εἰς πῆχυν ἕνα τῶν ἄλλων πάντων ὑψούμενος, καὶ αὐτόχρημα θάμβος ἦν καὶ φόβος τοῖς θεωμένοις. ἔξωθεν δὲ τοῦ τάγματος ὅλου, ὡσανεὶ δυοῖν σταδίων διάστημα, Σκύθαι τινὲς ἦσαν σύμμαχοι βαρβαρικοῖς κεκοσμημένοι τοῖς ὅπλοις. παρήγγελτο δέ, ἐπειδὰν οἱ πολέμιοι προφανεῖεν καὶ ἡ σάλπιγξ πολέμιον ἀλαλάξειεν, εὐθὺς κατὰ νώτων ἐμπίπτειν καὶ βάλλειν τοὺς Σκύθας τοῖς πολεμίοις καὶ θλίβειν αὐτοὺς τοῖς πυκνοῖς καὶ συνεχέσι τοξεύμασι, τοὺς δὲ λοιποὺς πυκνὰ συνασπισαμένους ἐμπίπτειν κατὰ τὸ καρτερώτατον. οὕτω μὲν οὗτος τοὺς ἀμφ' D αὑτὸν διετάξατο· ὁ δέ γε ἐμὸς πατὴρ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος τοῦ τόπου τὴν θέσιν κατασκεψάμενος, τὸ μὲν τοῦ στρατεύματος κατέστησεν ἔν τισι κοιλάσι, τὸ δ' ἀντιμέτωπον ἔστησε τῆς στρατιᾶς Βρυεννίου. ἄμφω δὲ παραταξάμενος καὶ τὸ ὑποκαθήμενον καὶ τὸ προφανές, καὶ πτερώσας λόγοις ἄνδρα ἕκαστον καὶ εἰς ἀνδρείαν ἐπάρας, τῷ μὲν ἐπέσκηπτε τῷ προλοχίζοντι τάγματι, ἐπειδὰν κατὰ νώτου γένοιντο τῶν πολεμίων, ἐξ αἰφνιδίου προσπίπτειν καὶ μετὰ ῥύμης ὅτι πολλῆς

2. πρὸς : εἰς A. αὐγὴ τῶν τε κορύθων καὶ αὐτῶν ἐξέπιπτε A. 7. τάγματος G, σχήματος P, εὐωνύμου κέρατος A. 15. ὁ πατὴρ P. 17. κατέκρυψε ταῖς κοιλάσι A. 18. ἄμφω καθοπλίσας καὶ τὸ ὑποκαθ. A, unde καὶ ascivi. 21. γένωνται A. 22. ῥύμης A, ὁρμῆς PG.

cuterentur, et hominum et galearum splendor oculos praestringebat iniiciebatque terrorem. ipse in mediis versans Bryennius, veluti Mars aut Gigas quidam, paene cubitum supra reliquam turbam omnem eminebat, ut et admirationem plane et terrorem intuentibus moveret. extra totam aciem, intervallo fere duorum stadiorum, Scythae nonnulli auxiliares positi erant, barbaris instructi armis; quos, simulatque hostes apparerent et classica canerent, a tergo aggredi seque in hostium copias immittere et crebra assiduaque iaculatione eas atterere iussit, dum ceteri denso agmine quam vehementissime arma inferrent. sic ille exercitum instruxit; pater meus Comnenus Alexius, explorata loci opportunitate, partem exercitus in faucibus collocavit, partem adversa fronte Bryennio opposuit. instructis utrisque, quique subsidebant quique in aperto stabant, cum unumquemque oratione erexisset atque ad virtutem adhortatus esset, praecepit iis, quos in insidiis collocarat, ut cum primum in tergo hostium essent, subito impetum in eos facerent et quam vehementissime

καὶ σφοδρᾶς ἐπαράττειν κατὰ τοῦ δεξιοῦ κέρατος. τοὺς δ' ἀθανάτους λεγομένους καί τινας ἀπὸ τῶν Κελτῶν ἑαυτῷ παραπατέσχε καὶ τούτων προὐτέταχτο· τῶν δὲ Χωματηνῶν καὶ Τούρκων ἔξαρχον τὸν Καταχαλὼν κατέστησε καὶ πρὸς τὸ Σκυθικὸν ἅπαν ἔχειν τὸν νοῦν καὶ τὰς διεκδρομὰς αὐτῶν ἀπελάττειν παρεκελεύσατο. ταῦτα μὲν οὕτως εἶχε· καὶ ἐπεὶ κατὰ τοὺς κοιλώδεις τόπους τὸ τοῦ Βρυεννίου γέγονε στράτευμα, εὐθὺς σύνθημα δεδωκότος τοὺμοῦ πατρὸς Ἀλεξίου, μετὰ βοῆς καὶ ἀλαλαγμοῦ ἐμπηδῆσαν τὸ περὶ τὴν ἐνέδραν στράτευμα τῷ τε αἰφνιδίῳ κατέπληξαν τοὺς πολεμίους, ἕκαστος τῶν παρατυχόντων πλήττων τε καὶ φονεύων, καὶ εἰς φυγὴν κατηνάγκασαν. ἀλλ' ὁ Βρυέννιος Ἰωάννης καὶ τοῦ ἡγεμόνος αὐτάδελφος μνησθεὶς ἐνταῦθα θούριδος ἀλκῆς καὶ θυμοῦ, τῷ ψαλλίῳ στρέψας τὸν ἵππον καὶ τὸν ἐπιόντα στρατιώτην ἀθάνατον πληγῇ μιᾷ καταβαλών, ἔστησέ τε κλονουμένην τὴν φάλαγγα καὶ οὕτω συντάξας ἀπῶσε τοὺς πολεμίους. οὕτως οἱ ἀθάνατοι προτροπάδην μετά τινος ἀκοσμίας ἔφευγον, ὑπὸ τῶν κατόπιν ἀεὶ στρατιωτῶν ἀποκτιννύμενοι. ὁ δέ γε ἐμὸς πατὴρ εἰς μέσους ἑαυτὸν ἐμβαλὼν τῶν πολεμίων καὶ γενναίως ἀγωνιζόμενος, ἐκλόνει μὲν καὶ οὗτος τὸ μέρος, ἐφ' ᾧπερ ἂν παραγίνοιτο, πλήττων ἕκαστον τὸν πρὸς αὐτὸν ἰόντα καὶ εὐθὺς καταβάλλων, ἐλπίζων δὲ ξυνέπεσθαι καὶ τι-

P. 12

V. 14

B

3. Χωματικῶν P. 6. ἀπελάττειν PG, φυλάττειν A. vid. annotat. 11. τὸν παρατυχόντα A. 14. ψελλίῳ A. τρέψας P. 18. στρατ. ἀεὶ ἀποκτεινόμενοι A. 19. τοὺς πολεμίους A. 21. πλήττων : τιτρώσκων τε τὸν εἰς χεῖρας ἰόντα A.

in cornu dextrum inveherentur. immortales qui dicuntur et quosdam e Gallis circa se retinuit, iisque ipse praefuit. Chomatenis ac Turcis Catacalonem praefecit, eumque ad Scythas animum advertere et incursiones eorum propulsare iussit. his ita dispositis, ubi ad fauces exercitus Bryennii progressus est, repente signo ab Alexio patre meo dato, ingenti clamore irruunt qui in insidiis positi erant, imprudentes hostes turbant, caesisque qui cuique obvii erant, in fugam vertunt. tunc vero Bryennius Iohannes ducis frater, virtutis ac fortitudinis memor, verso equo, instantem sibi a tergo militem ex immortalium numero plaga una occidit, fugam suorum sistit, praelioque restituto hostes repellit. quo factum est, ut immortales in effusam et inconditam fugam se coniicerent, hostibus semper terga caedentibus. at pater meus in medios illatus hostes et strenue pugnans, perturbabat et ipse eam acici partem, in quam incurreret; omnes enim, qui contra veniebant, caedit atque illico prosternit, cumque nonnullos de suis subsequi sibique adesse putaret, certa-

νας ἀμύνειν αὐτῷ στρατιώτας, ἀκατασχέτως εἶχετο τοῦ ἀγῶ-
C νος. αἰσθόμενος δὲ διαρραγεῖσαν τὴν ἑαυτοῦ φάλαγγα καὶ
ἤδη πολλαχοῦ σκεδασθεῖσαν, τοὺς εὐψυχοτέρους (ἦσαν δὲ ἑξ οἱ
σύμπαντες) συλλεξάμενος, ἐβουλεύσατο σπασαμένους τὰ
ξίφη, ἐπειδὰν ἐγγίσαιεν τῷ Βρυεννίῳ, κατ' αὐτοῦ χωρεῖν
ἀναισχύντως, κἂν δέοι κἀκείνους αὐτῷ συναποθανεῖν. ἀλλ'
ἀπεῖρξε τοῦ τοιούτου βουλεύματος Θεόδοτός τις στρατιώτης
ἀνὴρ τοὐμῷ πατρὶ παιδόθεν ὑπηρετήσας, ὡς ἄντικρυς παρα-
βόλου τοῦ ἐγχειρήματος ὄντος. τὴν ἐναντίαν οὖν τραπόμενος
ὁ Ἀλέξιος ὀλίγον μὲν ὑπεξάγειν ἑαυτὸν τῆς τοῦ Βρυεννίου
στρατιᾶς ἐβούλετο, γνωρίμους δέ τινας τῶν διασκεδασθέντων
ἐπισυλλέξας καὶ συστησάμενος, αὖθις τῷ ἔργῳ ἐνέκειτο. μή-
D πω δὲ τοὐμοῦ πατρὸς ἐκεῖθεν ἑαυτὸν ὑπεξαγαγόντος, οἱ Σκύ-
θαι τοὺς περὶ τὸν Κατακαλὼν Χωματηνοὺς ἐκλόνουν βοῇ
πολλῇ καὶ ἀλαλαγμῷ χρώμενοι, καὶ ἐπειδὴ καὶ τούτους ἀπώ-
σαντο καὶ εἰς φυγὴν εὐκόλως ἐτρέψαντο, πρὸς λαφυραγωγίαν
ἀπέβλεψαν καὶ φυγήν, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀνεζήτουν διατριβάς.
τοιοῦτον γὰρ τὸ ἔθνος τὸ Σκυθικόν· μήπω καθαρῶς τρεψά-
μενοι τὸν ἀντίπαλον καὶ τὸ κράτος ἀναδησάμενοι, διαφθεί-
ρουσι τὴν νίκην τῇ λαφυραγωγίᾳ. τὴν γὰρ οὐραγίαν τοῦ
Βρυεννικοῦ στρατεύματος καταλαβὸν ἅπαν τὸ θητικὸν ταῖς
τάξεσιν αὐτῶν ξυνεμίγνυτο φόβῳ τῶν Σκυθῶν, τοῦ μή τι

1. τοῦ ἀγῶνος: τῆς ὁρμῆς A. 5. ἐγγίσοι A. κατ' αὐτὸν G. 6. ἑαυτῷ A. 8. τοὐμοῦ πατὴρ A. lege τῷμῷ. ἐξυπηρετήσας A. 9. τραπόμενος A, τρεπομενος PG. 17. καὶ φυγήν om. A. 21. Βρυενίου P. καταλαβὼν P.

mine non destitit. sed ubi fractam suorum aciem et iam multifariam fuga dispersam vidit, fortissimos quosque (erant autem omnino sex,) celeriter colligit, strictisque gladiis, si forte Bryennius prope accederet, invehi in eum sine mora statuit, etiamsi omnes simul occiderent. sed ab hoc eum consilio, utpote prorsus temerario, revocavit Theodotus quidam miles, qui a pueris minister patris mei fuerat. itaque reversus Alexius subducere se paulisper ex Bryennii acie voluit; sed nobilioribus quibusdam eorum, qui dispersi fuerant, collectis et in ordinem redactis, operi iterum institit. nondum autem pater meus inde se subduxerat, cum Scythae Chomatenos, qui sub Catacalone erant, multo clamore aggrediuntur et his quoque pulsis facilique negotio fugatis, ad praedandum se vertunt et domum aufugiunt. talis enim est Scytharum gens, ut priusquam adversariorum vim penitus fregerunt superioresque evaserunt, praedando victoriam irritam reddant. nam qui in novissimo Bryennii agmine erant lixae calonesque, ne quid a Scythis paterentur, ordinibus ipsis se immi-

παθεῖν ἕνεκα παρὰ τούτων· ἀεὶ δέ τι συρρέον ἐπὶ τούτους, P. 13
ὅσον ἐξέφυγε τὰς χεῖρας τὰς Σκυθικάς, σύγχυσιν οὐ μικρὰν
ταῖς τάξεσιν ἐνεποίησε, τῶν σημαιῶν ἀναμιχθεισῶν ἀλλήλαις.
ἐν τούτοις δὲ ἐναπειλημμένος ὢν οὑμὸς πατὴρ Ἀλέξιος, ὡς
καὶ πρόσθεν ἐλέγομεν, περιχορεύων ἐντὸς τοῦ στρατεύματος τοῦ
Βρυεννικοῦ, ὁρᾷ τῶν ἱπποκόμων ἕνα τοῦ Βρυεννίου ἵππον τινὰ
τῶν βασιλικῶν ἐπισυρόμενον, τῇ τε ἁλουργῷ ἐφεστρίδι κεκο-
σμημένον καὶ κατάχρυσα τὰ φάλαρα ἔχοντα, καὶ δὴ καὶ τοὺς
κατέχοντας τὰς ἐξ ἔθους τοῖς βασιλεῦσι παρεπομένας ῥομ-
φαίας ἐγγύθεν αὐτῷ παραθέοντας. τοῦτο οὖν θεασάμενος,
καλύπτει μὲν τὸ πρόσωπον τῷ θωρακιδίῳ, ὃ τῆς κόρυθος B
κύκλῳ ἐξήρτητο, σφοδρῶς δὲ κατ' αὐτῶν ἐξορμήσας σὺν τοῖς
ἓξ στρατιώταις, οὓς ἄνωθεν ὁ λόγος ἐδήλωσεν, καταβάλλει
μὲν καὶ τὸν ἱπποκόμον, αἱρεῖ δὲ καὶ τὸν βασιλικὸν ἵππον,
συναφαιρεῖται δὲ καὶ τὰς ῥομφαίας, καὶ λάθρα ὑπέξεισι τοῦ
στρατεύματος. ἐν τῷ ἀκινδύνῳ δὲ καταστάς, τόν τε χρυσο-
φάλαρον ἐκεῖνον ἵππον ἐξέπεμψεν καὶ τὰς παρ' ἑκάτερα τοῦ
βασιλικοῦ σώματος στρεφομένας ῥομφαίας καὶ κήρυκά τινα
μεγαλοφωνότατον, παρακελευσάμενος ἁπανταχοῦ τοῦ στρα- V. 15
τεύματος διαθέοντα βοᾷν ὡς ὁ Βρυέννιος ἐπεπτώκει. τοῦτο
γενόμενον πολλοὺς τῶν σκεδασθέντων τοῦ στρατεύματος τοῦ
μεγάλου δομεστίκου τῶν σχολῶν καὶ ἐμοῦ πατρὸς ἁπανταχό- C
θεν ξυνέλεγε καὶ παλιμπορεύτους ἐποίει, τοὺς δὲ καὶ ἔπειθεν

4. τούτῳ A. ὁ ἐμὸς A. 5. ἐν τῷ τοῦ G. 9. παραπεμ-
πομένας A. 11. θωρακησίῳ A.

sebant. quos cum semper sequerentur quicumque e barbarorum manibus effugerant, factum est, ut non exigua ordinum perturbatio oriretur et signa inter se confunderentur. interea pater meus Alexius, qui, ut supra diximus, interclusus versabatur in ipso Bryennii exercitu, videt quendam ex equisonibus regium Bryennii equum ducere, purpureo stragulo ornatum et phaleris aureis; quin etiam iuxta currebant, qui romphaeas, ad imperatorum latera portari solitas, gestabant. quibus conspectis, Alexius loricula, in fronte galeae pendente, faciem operuit, summaque vi cum sex quos dixi militibus invasit et deiecto equisone, non solum equo regio, sed etiam romphaeis potitus, clam se acie subduxit. cum in tuto constitisset, phaleris aureis instructum equum et romphaeas, quae ab utroque latere imperatoris gestari solebant, misit qui per exercitum ubique ostentarent; simul praeconem, maxima voce praeditum, Bryennium cecidisse renuntiare iussit. quo facto, multi ex magni domestici scholarum patris mei exercitu, qui fuga dispersi erant, undique conveniebant in proelium-

ἐγκαρτερεῖν. οἱ δὲ ἑστήκεσαν ἀτρεμοῦντες, ἵνα ἕκαστος ἔτυχε, καὶ εἰς τοὐπίσω τὰς ὄψεις στρέψαντες, ἐξεπλήττοντο ἐφ' οἷς παρ' ἐλπίδα ἑώρων. καὶ ἦν ἰδεῖν ἐπ' αὐτοῖς καινόν τι γενόμενον, τῶν ἵππων ἐν οἷς ἐπωχοῦντο τὰς κεφαλὰς ἐπὶ τὸ πρόσω ὁρώσας, τὰ δ' αὐτῶν πρόσωπα εἰς τοὐπίσω ἐστραμμένα, καὶ μήτε ἐπὶ τὰ πρόσω χωροῦντας, μήτε εἰς τοὐπίσω στρέψαι τοὺς χαλινοὺς ἐθέλοντας, ἀλλ' ἐκθάμβους ὄντας καὶ ἐξαπορουμένους οἷον ἐπὶ τοῖς ξυμπεσοῦσιν. οἵ τε γὰρ Σκύ-
D θαι νόστου μνησάμενοι καὶ οἴκαδε ἀπιόντες, οὐκ ἔμελλον ἔτι ἐπιδιώκειν, ἀλλὰ πόρρω τῶν στρατευμάτων ἀμφοῖν γεγονότες μετὰ τῆς λείας αὐτοῦ πού περιπεπλάνηντο. τό τε διακηρυκευόμενον, ὡς ἄρα ὁ Βρυέννιος ἑάλω καὶ κατενήνεκτο, ἐθαρσοποίει τοὺς τέως δειλοὺς καὶ φυγάδας, καὶ τὸ κηρυττόμενον αὐτόθεν εἶχε τὸ πιθανόν, ἐνδεικνυμένου πανταχόθι μετὰ τῶν βασιλικῶν παρασήμων τοῦ ἵππου καὶ τῶν ῥομφαιῶν μονονουχὶ διαγγελλουσῶν, ὡς ὁ φυλαττόμενος ταύταις Βρυέννιος χειρὸς πολεμίας γέγονεν ἔργον.

6. Εἶτα ἡ τύχη ξυνέβαλε καί τι τοιοῦτον. ἀπόμοιρά τις ἐκ τῆς συμμαχίας τῶν Τούρκων καταλαμβάνει τὸν δομέστικον τῶν σχολῶν Ἀλέξιον, καὶ ὡς καθειστήκει τὰ τοῦ πο-
P. 1 ἡ λέμου μαθόντες καὶ τοὺς πολεμίους ὅπου καὶ εἶεν ἐπιζητήσαντες, ἐπὶ λόφου τινὸς συνελήλυθότες τῷ Κομνηνῷ Ἀλεξίῳ καὶ ἐμῷ πατρί, ἐκείνου δεικνύντος τῇ χειρὶ τὴν στρατιάν,

16. ταύτας P.

que redibant, alii ut sustinerent confirmabantur. qui autem constitere, quo quisque loco forte erat, oculis retro versis, obstupefiebant iis, quae praeter exspectationem videbant. ac novum quoddam praebebant spectaculum. dum enim equorum, quibus insidebant, capita recta spectant, ipsi retorquebant oculos, ac neque porro vehebantur, neque equos convertebant, perculsi ob id quod acciderat. nimirum Scythae, de reditu cogitantes domumque iam abeuntes, non amplius persecuturi erant, sed procul ab utroque exercitu, praeda onusti, palabantur. atque nuntius de capto caesoque Bryennio iguavis hucusque et fugientibus animos reddebat, praesertim cum nuntiatis fidem adderent ostentatus ubique imperatorio ornatu equus et romphaeae tantum non clamantes, Bryennium, cui custodiendo illae erant, hostili manu interemtum esse.

6. Cum in hoc loco res essent, peropportuno ad Alexium domesticum scholarum advenit cohors auxiliarium Turcorum. qui cum proelium restitutum audivissent et hostes ubi essent sciscitarentur, Alexius Comnenus pater meus iis de colle, quem una ascenderant,

ἐθεῶντο τούτους ὥσπερ ἀπό τινος σκοπιᾶς. εἶχε δὲ ὧδε τὰ καὶ αὐτούς. συγκεχυμένοι τε γὰρ ἦσαν μήπω συντάξαντες ἑαυτούς, καὶ ὡς τὴν νίκην ἤδη ἀράμενοι καταφρονητικῶς εἶχον καὶ ἔξω κινδύνων ἑαυτοὺς ᾤοντο· μάλιστα δὲ ἀναπεπώκεισαν, τῶν τῷ ἐμῷ πατρὶ ξυνεπομένων Φράγγων προσκεχωρηκότων τῷ Βρυεννίῳ διὰ τὴν προγεγενημένην τροπήν. καὶ γὰρ τῶν ἵππων ἀποβεβηκότων τῶν Φράγγων καὶ δεξιὰς B διδόντων αὐτῷ, καθάπερ δὴ πάτριόν ἐστι διδύναι τὰς πίστεις, ἄλλος ἀλλαχόθεν πρὸς τούτους ξυνέρρεον, θεασόμενοι τὸ γιγνόμενον. διεσάλπιζε γὰρ ἡ φήμη τὸ στράτευμα, ὡς ἄρα καὶ οἱ Φράγγοι τούτοις προσέθεντο, τὸν ἀρχιστράτηγον καταλελοιπότες Ἀλέξιον. οὕτω δῆτα συγκεχυμένως ἔχοντας τούτους οἱ ἀμφὶ τὸν ἐμὸν πατέρα καὶ τοὺς νεήλυδας Τούρκους θεασάμενοι, εἰς τρεῖς μοίρας ἑαυτοὺς διενείμαντο, καὶ τὰς μὲν δύο ἐλλοχεῖν αὐτοῦ που διέταττον, τὴν δὲ τρίτην μερίδα χωρεῖν ἐπὶ τους πολεμίους ἐκέλευον. καὶ τὸ ξύμπαν τῆς τοιαύτης διαταγῆς ἐς τὸν ἐμὸν πατέρα Ἀλέξιον ἀνεφέρετο. οἱ C μέντοι Τοῦρκοι οὐ κατὰ φάλαγγα συντεταγμένως ἐπῆσαν ἅμα πάντες, ἀλλὰ μεμερισμένως κατά τινας ὁμίλους, ἀπ' ἀλλήλων διεστηκότες ἑκασταχοῦ· εἶτα προσβάλλειν ἑκάστην ἴλην, τοὺς ἵππους ἐπὶ τούτους ἐλαύνοντας, καὶ πυκνοῖς ἀποχρῆσθαι τοξεύμασιν. συνείπετο δὲ τούτοις καὶ ὁ τὴν ὅλην στρατηγίαν ἀναδησάμενος ἐμὸς πατὴρ Ἀλέξιος, συλλέξας ἀπὸ

19. μεμερισμένως καὶ ἀπ' ἀλλήλων κατά τινας ὁμίλους διεστηκότες AG. 21. ἐλαύνοντες A. 23. ἀναδεξάμενος A.

velut e specula hostium exercitum monstravit. et hi quidem ita se habebant. temere erant permixti, ordinibus nondum restitutis, et tanquam victoria iam potiti, in summa securitate degebant seque extra periculum arbitrabantur. maxime vero supinos eos Francorum defectio reddidit, qui, nostris initio, ut diximus, in fugam versis, a patre meo ad Bryennium desciverant. cumque equis desilirent et, qui patrius ipsis fidem dandi mos est, dextram offerrent, alii aliunde ibi confluxere, spectaturi, quid ageretur. percrebuit enim toto exercitu fama, etiam Francos, relicto duce suo Alexio, ad Bryennianos transiisse. cum igitur et pater meus et qui modo advenerant Turci ita confusos hostes cernerent, trifariam copiis suis distributis, duas partes in insidiis alicubi subsistere, tertiam in hostes impetum facere placuit; idque consilium a patre meo Alexio profectum erat. sed Turci non acie omnes simul adoriebantur, sed separatim singulis turmis, spatio inter se distantes. quarum turmarum quaeque iussa est incitatis equis in hostes irruere telaque plurima coniicere. sequebatur Alexius pater meus, qui universi exerci-

τῶν σκεδασθέντων ὅσους ὁ καιρὸς ὑπηγόρευε στρατιώτας.
V. 16 ἐνταῦθά τις τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον ἀθανάτων, θρασύσπλαγχνός τις ὢν καὶ τολμητίας, προεξελάσας τὸν ἵππον καὶ τῶν
D ἄλλων προεκδραμών, ἄντικρυς κατὰ τοῦ Βρυεννίου ὅλους χαλάσας ῥυτῆρας ἐφέρετο. καὶ αὐτὸς μὲν τὸ δόρυ μάλα 5
σφοδρῶς ἐρείδει κατὰ τῶν στέρνων ἐκείνου, ὁ δὲ γοργῶς τοῦ κουλεοῦ τὸ ξίφος ἑλκύσας, μήπω φθάσαντος τοῦ δόρατος κραταιότερον ἐρεισθῆναι, τοῦτό τε ἀπέκοψεν αὐτίκα καὶ τὸν τρώσαντα κατὰ τῆς κλειδὸς πλήξας, ὅλῳ βραχίονι κατενεγκὼν τὴν πληγήν, ἅμα τὴν χεῖρα πᾶσαν ἐξέτεμεν αὐτῷ θώρακι. 10
οἱ μὲν οὖν Τοῦρκοι ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ καταλαμβάνοντες, τοῖς συνεχέσι βέλεσι τὸ στράτευμα κατεσκίαζον. οἱ δέ γε περὶ τὸν Βρυέννιον ἐπλήγησαν μὲν τῷ αἰφνιδίῳ, ὅμως συλλέξαν-
P. 15 τες ἑαυτοὺς καὶ εἰς τάξεις καταστησάμενοι, τὸ τοῦ πολέμου βάρος ἐδέξαντο, ἄλλος ἄλλον παρακαλοῦντες ἀνδρίζεσθαι. 15
οἱ μέντοι Τοῦρκοι καὶ ὁ ἐμὸς πατὴρ βραχύ τι πρὸς τοὺς πολεμίους ἀντικατεστάντες, ἐξῆς φεύγειν ἐσχηματίζοντο, κατ' ὀλίγον ἐφέλκοντες εἰς τὰς ἐνέδρας τοὺς πολεμίους καὶ τεχνικῶς ὑποσύροντες. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν πρώτην γεγόνασιν ἐνέδραν, ἐξ ὑποστροφῆς κατὰ μέτωπον τούτοις εἱστήκεσαν. καὶ 20
συνθήματός τινος γεγονότος, εὐθὺς καθάπερ σφηκιαί τινες ἄλλος ἀλλαχόθεν διεξιππάζοντο τῶν ἐλλοχιζόντων, καὶ ἀλαλαγμῷ πολλῷ καὶ βοῇ καὶ τοῖς ἐπαλλήλοις τοξεύμασι τά τε

5. χαλώσας P. 7. κουλεοῦ G, κολεοῦ PA. 9. κατενεγκεῖν P.
17. ἐξ. φεύγειν : ἐκφεύγειν P.

tus dux erat, collectis circa se ex dispersorum numero, quotquot tempus suggesserat. ibi unus eorum, qui circa Alexium immortales erant, summae audaciae homo, concitato equo ultra ordines progressus, ipsum Bryennium, habenis immissis, recta petiit hastaque quam vehementissime in pectore percussit. verum torvo is vultu, priusquam hasta thoraci infigeretur altius, gladio e vagina educto, et hanc statim fregit, et hominis humero percusso, cum summa vi ictum infligeret, brachium totum abscidit cum ipsa lorica. ac Turci alius alii succedentes, sagittarum quasi nube agmen Bryennii paene inumbrant; contra quos Bryennii milites, licet repentino impetu perterriti, tamen mox ordinibus restitutis, cum alius alium ad virtutem adhortaretur, proelium sustinent. Turci autem et pater meus, ubi aliquamdiu hostibus restiterunt, alius post alium fugere simulant ac paulatim ad insidiarum locum necopinantes eos callide ducunt. cumque eo perventum esset, ubi primae collocatae erant insidiae, versa acie, a fronte hosti insistunt, et qui subsederant, signo dato, statim tanquam vesparum examen irruunt et multo clamore atque perpetua iaculatione et aures

ὡτα κατάκροτα τῶν ἀμφὶ τὸν Βρυέννιον ἐποιήσαντο, καὶ τὰ ὄμματα ξυνεζόφωσαν τῇ πυκνότητι τῶν βελῶν ἀπανταχόθεν B διεκπιπτόντων. ἐνταῦθα δὲ μὴ ἀντιστῆναι δυνάμενον τὸ τοῦ Βρυεννίου στράτευμα, (ἤδη γὰρ πᾶς κατετέτρωτο καὶ ἵππος καὶ ἄνθρωπος,) πρὸς τροπὴν ἀπέκλινε τὴν σημαίαν καὶ τὸν νῶτον παίειν παρέσχε τοῖς ἐναντίοις. ἀλλ' ὅ γε Βρυέννιος, καίτοι πολλὰ βαρυνόμενος ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ σὺν βίᾳ ὠθούμενος, ἐδείκνυ τὸ ἀνδρεῖον καὶ εὔψυχον, ἀεὶ μὲν ἐπιστροφάδην τύπτων τὸν ἐπιόντα, ἀεὶ δὲ τὰ τῆς φυγῆς καλῶς καὶ ἀνδρείως διοικονομούμενος. συνήραντο δὲ τούτῳ καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους καὶ ὁ υἱός, καὶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ θαῦμα τοῖς πολεμίοις ἐδείχθησαν ἡρωϊκῶς ἀνταγωνισάμενοι. C ἤδη δὲ τοῦ ἵππου καμόντος καὶ μὴ δυναμένου φεύγειν ἢ καὶ διώκειν, (ἐγγὺς γὰρ ἦν τοῦ ἀποπεπνευκέναι διὰ τοὺς ἐπαλλήλους δρόμους,) ἀνασειράσας τοῦτον ὁ Βρυέννιος, καθάπερ τις ἀθλητὴς γενναῖος, εἱστήκει πρὸς τὰς λαβὰς καὶ πρὸς ἑαυτὸν δύο τῶν Τούρκων γενναίους ἐξεκαλέσατο. ὧν ὁ μὲν εἷς παίει τῷ δόρατι, ἀλλ' οὐκ ἔφθη δοῦναι βαρεῖαν πληγήν, καὶ λαμβάνει ἀπὸ τῆς δεξιᾶς τἀνδρὸς βαρυτέραν. φθάνει γὰρ ἀποκόψας τούτου τὴν χεῖρα ὁ Βρυέννιος τῷ ξίφει, ἣ μετὰ τοῦ δόρατος πρὸς τοὔδαφος ἐξεκυλίσθη. ἄτερος δὲ τούτων τοῦ ἰδίου ἵππου καταπηδήσας, καθάπερ τις πάρδαλις ἥλατο ἐπὶ τοῦ ἵππου τοῦ Βρυεννίου, ἐναρμύσας D

2. ὄμματα A, σώματα PG. 8. ἔμψυχον P. 11. τοῦ add. A ante μέρους. 14. καὶ om. A. 23. ἥλλατο codices, corr. Diesterweg.

Bryennii militum obtundunt, et oculos telorum involvunt tenebris. itaque cum omnes et equi et homines vulneribus iam essent operti, resistere diutius Bryennii copiae non poterant, versisque signis terga dabant. at Bryennius, licet admodum fatigatus pugna cedere coactus, quam fortis et strenuus esset, ostendit. non enim destitit, quoquoversus instantes caedere et fugam suorum egregie ac praesenti animo ornare. in quo adiutores utrinque habuit et fratrem et filium, quorum eximia virtus hostibus eo die miraculo erat. sed cum equus Bryennii deficeret et neque fugere posset, nec vero etiam persequi, (non multum enim ab exspirando aberat ob assiduam currendi molestiam) retraxit hunc ille loro ac, velut gladiator generosus, ad certamen paratus constitit duosque Turcorum ferociores ultro provocavit. quorum cum alter hasta eum peteret, priusquam perferret ictum, gravius ipse percussus est. abscidit enim Bryennius eius manum gladio, quae una cum hasta in humum decidit. alter, relicto suo equo, velut pardalis in Bryennii equum transiliit lumbisque insedit. cum-

ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς ὀσφύος. καὶ ὁ μὲν εἶχετο τούτου ἀπριξ καὶ ἐπιβαίνειν ἐπειρᾶτο τοῦ νώτου, ὁ δὲ καθάπερ θηρίον ἐπιστρέψας ἑαυτόν, ἐκκεντεῖν διὰ τοῦ ξίφους ἐβούλετο. οὐ μέντοι κατὰ νοῦν ἐχώρει αὐτῷ τὰ πράγματα, ἀεί τι τοῦ κατὰ νῶτον Τούρκου λυγιζομένου καὶ τὰς τρώσεις ἐκφεύγοντος. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῷ ἀπειρήκει κενεμβατοῦσα καὶ ἀπεῖπεν ὁ ἀθλητής, ἐνταῦθα πρὸς ἅπασαν χεῖρα πολεμίων ἐνδέδωκεν ἑαυτόν. οἳ καὶ συλλαβόμενοι τοῦτον καὶ ὥσπερ μέγα κῦδος ἀράμενοι, κομίζουσιν Ἀλεξίῳ τῷ Κομνηνῷ, οὐ πάνυ μέντοι πορρωτέρω καθεστηκότι τῆς τοῦ Βρυεννίου ἁλώσεως, ἐκτάττοντι δὲ τάς τε τῶν βαρβάρων καὶ τὰς ἑαυτοῦ φάλαγ-
V. 17 γας καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐρεθίζοντι. καὶ πρότερον μὲν διά
P. 16 τινων κηρύκων τὴν ἅλωσιν τοῦ ἀνδρὸς διεπέμψαντο, ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸν παριστῶσι τῷ στρατηγῷ, θέαμα ὄντως φοβερὸν καὶ πολεμοῦντα καὶ ἁλισκόμενον. οὕτω μὲν οὖν τὸν Βρυέννιον εἰς χεῖρας ἔχων ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, δορύκτητον τῷ βασιλεῖ ἐκπέμπει Βοτανειάτῃ, μηδὲν μέντοι λυμηνάμενος τὰ ὄμματα ὅλως ὁ ἀνήρ. οὐ γὰρ ἦν τοιοῦτος ὁ Κομνηνός, ὥστε μετὰ τὴν ἅλωσιν ἐπεξέρχεσθαι τοῖς ἐπ' αὐτὸν καταστᾶσιν, ἀλλ' εἰς τιμωρίαν αὐτάρκη ἐνόμιζε τὴν τοῦ πολεμίου ἅλωσιν· τὰ δ' ἐντεῦθεν φιλανθρωπίαι τε καὶ φιλοφροσύναι καὶ φι-
B λοτιμία πολλή. ὅπερ κἀν τῷ Βρυεννίῳ ἐνεδείξατο. καὶ γὰρ ἱκανὸν αὐτῷ μετὰ τὴν ἅλωσιν συμπορευθεὶς διάστημα, ἐπὰν

4. τι A, τοι P, om. G. 5. νώτου G. λογιζομένου P. 18. ὅλως om G, μηδέν τι λυμηνάμενος ἑαυτῷ τοῦ σώματος ὁ ἀνήρ A. an τῷ ἀνδρί?

que firmiter ibi adhaeresceret et tergum inscendere niteretur, Bryennius ut belua sese convertens, perfodere eum gladio voluit; neque tamen ex sententia res cessit, cum Turca pone tergum semper ictus, inclinato corpore, evitaret. denique lassata dextra iactandis in vanum ictibus, cum Bryennius desperaret, in mediam se hostium turbam iniecit; qui comprehensum hominem, velut magnam gloriam adepti, ad Alexium Comnenum ducebant, qui haud procul aberat et suos Turcorumque ordines instruebat atque ad pugnam incitabat. iamque praemissis nuntiis illi de capto Bryennio certiorem eum fecerant; mox ipsum adducebant, qui terribilis sane adspectu et pugnans et vinctus erat. tali modo captum Bryennium Alexius ad imperatorem duxit Botaniatem, nihil omnino afflictis oculis eius. non enim is erat pater meus, qui captis hostibus insultaret, sed ad poenam satis captivitatem ducebat; quin immo post victoriam magna in eos erat humanitate et benignitate et munificentia. idque etiam in Bryennio ostendit. nam absoluto iam cum eo satis longo itinere, ubi ad locum .....

τὸν . . . . . οὕτω καλούμενον τόπον κατέλαβεν, ἀνακτήσασθαι τῆς λύπης χρησταῖς ἐλπίσι τὸν ἄνδρα βουληθείς, πρὸς αὐτὸν ἔφη "ἀποβάντες τῶν ἵππων καθεζώμεθα μικρὸν ἑαυτοὺς διαναπαύσοντες." ὁ δὲ τὸν περὶ ψυχῆς δεδιὼς κίνδυνον, μεμηνόσιν ἐῴκει καὶ οὔτε ῥᾳστώνης ἐν χρείᾳ ἦν· πῶς γὰρ ὁ καὶ αὐτὴν ἀπολεγόμενος τὴν ζωήν; ἀλλ' ὅμως τῷ τοῦ στρατηγοῦ εὐθὺς ὑπετάγη βουλήματι. τοιοῦτον γὰρ τὸ δοῦλον πρὸς ἅπαν τὸ ἐπιταττόμενον ῥᾳδίως ὑπεῖκον, καὶ μᾶλλον εἰ δορυάλωτον ἄγοιτο. ἀποβάντες τοίνυν οἱ δημαγωγοὶ τῶν ἵππων, ὁ μὲν ἔνθεν ὡς ἐπὶ στιβάδος ἐπὶ πόας εὐθὺς ἀνέκειτο χλοερᾶς, ἐκεῖθι δ' ὁ Βρυέννιος, ῥίζης ὕπερθεν ὑψικλόνου δρυὸς τὴν κεφαλὴν ἀνέχων. κἀκεῖνος μὲν ἐκάθευδε, τὸν δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος, τοῦτο δὴ τὸ τῆς γλυκείας ποιήσεως. ἀλλὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἀνατείνας καὶ τὸ ἀπῃωρημένον τοῖς πτόρθοις ξίφος θεασάμενος, ἐπεὶ μηδένα μηδαμοῦ τότε παρόντα ἐώρα, ἀνακτησάμενος τῆς ἀθυμίας ἑαυτόν, κρείττονος γίνεται λογισμοῦ καὶ ἀποκτεῖναι τὸν ἐμὸν πατέρα βουλεύεται. καὶ τάχα ἂν εἰς ἔργον ἀπέβη τὸ βούλευμα, εἰ μή τις ἄνωθεν θεία τοῦτον διεκώλυσε δύναμις, τὸ ἄγριον τοῦ θυμοῦ ἐξημερώσασα καὶ ἱλαρὸν τῷ στρατηγῷ ἐνατενίζειν παρασκευάσασα. ταῦτα ἐγὼ ἐκείνου διηγουμένου πολλάκις ἤκουον. ἔνεστι δὲ τῷ βουλομένῳ ἐντεῦθεν κατανοεῖν, ὅπως τὸν Κομνηνὸν ἐς μεῖζονα ἀξίαν παρεφυλάττετο ὁ θεὸς καθάπερ τι

3. καθεδούμεθα A. 5. οὔτε: οὔτι γε? 11. ἐκεῖθεν A. ὑψικλόνου: lege ὑψικόμου. 13. εἶχε AG. 16. ἀναστησάμενος A. 17. βούλεται A. 18. βούλημα G.

dictum venit, hominis moerore levandi adque spem erigendi causa, "age" inquit "descendamus ex equis, ut paulisper ab itinere conquiescamus." verum ille vitae suae timens, furenti similis erat nec quietem admodum requirebat. quid mirum? omnem salutis spem abiecerat. tamen imperatori statim dicto audiens fuit. nam tale est ingenium servorum, ut in quavis re dominis facile obediant, praesertim si qui bello capti sunt. itaque ubi desiliërunt duces ex equis, Alexius statim in viridi herba, velut toro, recubuit, Bryennius autem, capite in alta quercus radice imposito, dum ille obdormit, non dulci, ut in suavissimo poemate est, inclinat lumina somno; sed ubi resupinus, sublatis oculis, pendentem e ramis gladium Alexii conspexit neque ullum circa arbitrum vidit, moerore in audaciam mutato, patris mei interficiendi consilium capit. et perfecisset sane, nisi divina quaedam obstitisset vis, quae eius saevitiam mitigavit atque ut comiter imperatorem adspiceret, effecit. haec ego ex ipso saepe audire memini. unde perspicere cuivis licet, Comnenum a deo

χρῆμα τίμιον, τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα δι' αὐτοῦ ἐπανακαλέσασθαι θέλων. εἰ δέ τι μετὰ ταῦτα συμβέβηκε τῷ Βρυεννίῳ τῶν ἀβουλήτων, αἰτία τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα τινῶν, ὁ ἐμὸς πατὴρ ἀναίτιος.

7. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν Βρυέννιον οὕτω διήνυστο. ὁ δὲ μέγας δομέστικος Ἀλέξιος καὶ ἐμὸς πατὴρ οὐκ ἔμελλεν ἀτρεμήσειν, ἀλλ' ἐξ ἀγώνων εἰς ἀγῶνας μεταχωρεῖν. ὁ γὰρ Βορῖλος τῶν ἀμφὶ τὸν Βοτανειάτην οἰκειότατος βάρβαρος ἐξελθὼν τῆς πόλεως καὶ ὑπαντήσας τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ ἐμῷ πατρί, τὸν Βρυέννιον ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ παραλαβὼν ἔδρασεν ὅ τι δὴ καὶ ἔδρασεν· ἐπισκήπτει δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως τῷ ἐμῷ πατρὶ χωρεῖν ὡς ἐπὶ τὸν Βασιλάκιον, ἤδη καὶ τοῦτον βασιλείας περιθέμενον διάδημα καὶ τὴν ἑσπέραν μετά γε τὸν Βρυέννιον ἀκατασχέτως κυμαίνοντα. ὁ γάρ τοι Βασιλάκιος οὗτος ἀνὴρ μὲν ἦν τῶν πάνυ θαυμαζομένων ἐπ' ἀνδρείᾳ τε καὶ θυμῷ καὶ τόλμῃ καὶ ῥώμῃ· ἄλλως δὲ ἄνθρωπος τυραννικὴν ψυχὴν ἔχων, ἐφεῖλκεν εἰς ἑαυτὸν τὰς ὑπερηφάνους τιμάς, καὶ ἀναρρήσεις τὰς μὲν ἐπενοεῖτο, τὰς δὲ προσέταττε. τοῦ γὰρ Βρυεννίου καθαιρεθέντος, οὗτος καθάπερ ἐκείνου διάδοχος γεγονὼς τὴν πᾶσαν εἰς ἑαυτὸν ἀνεδέξατο τῆς τυραννίδος ὑπόθεσιν. καὶ ἀπὸ τῆς Ἐπιδάμνου ἀρξάμενος, (μητρόπολις δὲ αὕτη προκαθημένη τοῦ Ἰλλυρι-

1. τῶν add. A ante Ῥωμαίων. 4. αἰτία P. 8. βορίλος A. 10. ἔδρασεν ὅ,τι G, ἔδραμεν ὅ,τι A, ἔδραμεν πρὸς ὅ,τι P. 12. ὡς om. A. 15. μὲν post ἦν add. P.

velut carum caput ad maiora servatum esse; nempe eius opera rem Romanam restituere volebat. ceterum si quid postea Bryennius passus est mali, id culpa quorundam factum est, qui circa imperatorem erant, pater meus culpa caret.

7. Hunc exitum expeditio adversus Bryennium habuit; magno autem domestico Alexio patri meo nulla remissio laborum dabatur, sed nova semper pericula subeunda erant. etenim Borilus barbarus, Botaniatae admodum familiaris, Cpoli egressus et magno domestico patri meo obviam factus, postquam Bryennium ex manibus eius accepit et infandum facinus perpetravit, imperatoris nomine patrem meum iubet contra Basilacium proficisci, qui et ipse diadema sumserat et occidentem, ut paullo ante Bryennius, vehementissime miscebat. erat autem hic Basilacius vir ea tempestate inter omnes praecellens virtute, animo, audacia atque robore; cumque praeterea dominandi cupidus esset, summa ad se munera rapiebat et honores alios ambibat, alios poscebat. devicto enim Bryennio, ille quasi eiusdem successor rerum potitus, ab Epidamno, quod est Illyrici caput, usque ad Thes-

κοῦ,) μέχρι τῆς τῶν Θετταλῶν πόλεως ἦκε πάντα καταστρεψάμενος, αὐτὸς ἑαυτὸν καὶ χειροτονήσας εἰς βασιλέα καὶ εὐφημήσας καὶ τὸν πλάνητα τούτου στρατὸν ὅποι καὶ βούλοιτο μεταφέρων. ἦν γὰρ καὶ ἄλλως μὲν θαυμαζόμενος ὁ ἀνὴρ C
ἐπί τε μεγέθει σώματος καὶ κράτει βραχιόνων καὶ προσώπου σεμνότητι, οἷς μᾶλλον ἁλίσκεται τὸ ἀγροικικὸν τοῦτο καὶ στρατιωτικὸν ἔθνος. οὐ γὰρ διορᾷ εἰς ψυχήν, οὐδ' ἐνατενίζει πρὸς ἀρετήν, ἀλλὰ μέχρι τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν ἵσταται, τόλμαν καὶ ῥώμην καὶ δρόμον καὶ μέγεθος θαυμάζον καὶ ταῦτα κρῖνον ἄξια ἁλουργίδος καὶ διαδήματος. ὁ δὲ καὶ ταῦτα ἔχων οὐκ ἀγεννῆ, καὶ τὴν ψυχὴν εἶχεν ἀνδρείαν καὶ ἀκατάπληκτον· καὶ ὅλως οὗτος ὁ Βασιλάκιος τυραννικόν τι καὶ ἔπνει καὶ ἔβλεπε. φθέγμα τε γὰρ αὐτῷ βροντῶδες καὶ οἷον καταπλῆξαι στρατιὰν ὅλην, καὶ ἐμβόημα ἱκανὸν συστεῖλαι ψυχῆς θράσος. καὶ ἄμαχος ἐν λόγοις ἐπίσης ἐπιχειρῶν ἐπᾶ- D
ραί τε καὶ συστεῖλαι τὸν στρατιώτην εἰς πόλεμον καὶ φυγήν. μετὰ τοιούτων πλεονεκτημάτων στρατευόμενος ὁ ἀνὴρ καὶ περὶ αὐτὸν συλλεξάμενος ἄμαχον στρατιάν, τὴν Θετταλῶν πόλιν καταλαμβάνει, καθάπερ ἔφημεν. ὁ δέ γε ἐμὸς πατὴρ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος ὡς πρὸς Τυφῶνα μέγαν ἢ ἑκατοντάχειρα Γίγαντα ἀντιπαραταξάμενος καὶ πᾶσαν ἑαυτῷ ἀνεγείρας στρατηγικὴν μηχανὴν καὶ φρόνημα γενναῖον ὡς πρὸς ἀντί-

1. ἦλθε A. 21. ἀναγείρας A. 22. στρατιωτικὴν A.

salorum urbem omnia in potestatem redigit, a semet ipso imperator et creatus et acclamatus. milites Bryennii sine duce oberrantes eum, quocunque vellet, sequebantur, cum etiam ceteroquin ob corporis magnitudinem et lacertorum robur et oris dignitatem in maxima admiratione esset. his enim rebus agrestes et bellicosi homines magis capiuntur: nam ad animum non penetrant, neque virtutis rationem habent, sed in corporis praestantia subsistentes, audaciam, robur, celeritatem, magnitudinem admirantur easque dotes purpura ac diademate dignas iudicant. at ille non solum his virtutibus excellebat, verum etiam forti et intrepido animo erat praeditus. omnino regiam plane speciem Basilacius prae se ferebat; vox eius erat ingens quaeque totum exercitum percelleret; clamore sublato audacissimum quemque perterrefaciebat, et ut in fugam ipsa voce vertere poterat, ita ubi ad pugnandum accendere vellet, invictus in dicendo erat. his ornatus virtutibus et egregiis copiis instructus, Thessalorum urbem occupat, ut diximus. sed pater meus Comnenus Alexius velut cum Typhone magno vel centimano Gigante pugnaturus, omnem expromsit militarem industriam ac fortitudinem seque ita ad certamen paravit, ut adversarii virtus exigere videretur. nondum igitur prioris

P. 18 παλον ἀξιόμαχον παρεσκεύαστο. καὶ μήπω τὸν ἐκ τῶν προτέρων ἄθλων κονιορτὸν ἀποτιναξάμενος, μηδὲ τὸν λύθρον τοῦ ξίφους καὶ τῶν χειρῶν ἀποπλυνάμενος, ὥσπερ λέων ἐχώρει βλοσυρὸς πρὸς τὸν χαυλιόδοντα τοῦτον σὺν Βασιλάκιον τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἀνεγείρας. καὶ καταλαμβάνει δῆτα τὸν ποταμὸν Βαρδάρον· οὕτω γὰρ ἐγχωρίως αὐτὸν ὀνομάζουσιν· ῥεῖ μὲν γὰρ ἄνωθεν ἀπὸ τῶν ἐγγύθεν τῆς Μυσίας ὀρῶν, παραμείβων δὲ πολλοὺς μεταξὺ τόπους καὶ διορίζων πρός τε τὴν ἕω καὶ τὴν ἑσπέραν τά τε Βερροίᾳ καὶ Θεσσαλονίκῃ προσήκοντα, ἐκδίδωσιν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς καὶ νοτίαν
B θάλασσαν. πάσχουσι δὲ οἱ μέγιστοι τῶν ποταμῶν τοιοῦτόν τι. ἐπειδὰν διὰ τῆς προσχώσεως ἀνάστημά τι ἀξιόλογον ἐπιφορήσωσι γῆς, τότε δὴ ἐπὶ τὰ κατάρροπα ῥέουσιν, ὥσπερ δὴ μεταμείβοντες τὰς πρώτας κοίτας αὐτῶν, καὶ τὴν μὲν παλαιὰν καταλείπουσι πάροδον διάκενον ὑγροῦ καὶ χηρεύουσαν ὕδατος, ἣν δὲ νῦν διοδεύουσιν, ἐμπιπλῶσι ῥευμάτων πολλῶν. τούτων οὖν τῶν δυεῖν παρόδων, τῆς τε παλαιᾶς χαράδρας καὶ τῆς ἄρτι γενομένης πορείας, τὸ μεταξὺ θεασάμενος ὁ στρατηγικώτατος οὗτος Ἀλέξιος καὶ ἐμὸς πατήρ, καὶ τὸν μὲν ὀλκὸν τοῦ ποταμοῦ ὡς ἀσφάλειαν θέμενος ἐκ θατέρου, τῇ δὲ
C παλαιᾷ διόδῳ ἤδη φάραγγι γεγονυίᾳ ἐκ τῆς τοῦ ῥεύματος ἐπιρροίας καθάπερ αὐτοφυεῖ ἀποχρησάμενος διώρυχι, ἐστρατοπέδευσεν, οὐ πλεῖον τῶν δυεῖν ἢ τριῶν σταδίων ἀλλήλων ἀποδιεστηκότων. καὶ εὐθὺς ἐν παραγγελίᾳ πάντες ἦσαν,

2. τὸ A. 6. *Βαρδάριον* A. 9. τὰ ante Θεσσ. add. PG, om. A. 17. *δυοῖν* hic et infra P.

certaminis excusso pulvere, neque etiam cruore ab ense et manibus abluto, ut leo torvus in frendentem istum aprum, animi firmatus, procedit. iamque ad fluvium, quem Bardarum incolae vocant, pervenit; oritur is e Mysiae vicinis montibus, multasque regiones praefluens, et quae Berrhoeam et Thessalonicam adiacent, in duas partes occidentalem et orientalem divisis, influit in mare nostrum australe. facere autem solent fluvii maiores, ut cum alluvione terram satis multam invexerint, in loca declivia fluant et, veteribus relictis alveis aquaque destitutis, novas sibi vias aperiant et aqua impleant. quod igitur inter utrumque novum veteremque alveum erat intervallum ubi Alexius pater meus, qua erat sagacitate, conspicatus est, fluvii tractum ab altera parte pro munitione habens et veteri ab altera parte alveo, quem iam in faucium altitudinem fluminis vis excavaverat, tanquam fossa nativa usus, castra posuit. distabat autem uterque alveus non plus tribus stadiis. ac statim iussit omnes inter-

ἡμέρας μὲν ἀναπαύσασθαι καὶ παραμυθῆσαι ὕπνῳ τὸ σῶμα καὶ τοῖς ἵπποις τροφὴν δοῦναι τὴν ἀρκοῦσαν· μέλλουσι γὰρ τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης ἀγρυπνῆσαί τε καὶ ἐλπίζειν ἀδόκητόν τι παρὰ τῶν πολεμίων ἐπισυμβῆναι. ταῦτα δέ, οἶμαι, διῳκονόμητο ὁ ἐμὸς πατὴρ κίνδυνον ὑφορώμενος κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐκείνην παρὰ τῶν πολεμίων. ἐπιθήσεσθαι γὰρ ἑαυτῷ τούτους ἤλπιζεν, εἴτ' ἐκ πολυπειρίας τοῦτο προμαντευόμενος, εἴτε ἄλλως εἰκάσας. οὐ μὴν τὰ τῆς προφητείας αὐτῷ εἰς μακρὰν ἐληλύθει, οὐδὲ προέγνω μέν, οὐ τὸ δέον δὲ διῳκήσατο. ἀλλ' ἀπάρας τῆς τούτου σκηνῆς ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις σὺν ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ πᾶσι τοῖς πρὸς μάχην ἐπιτηδείοις, ἀπέστη μὲν τῆς σκηνῆς λαμπάδας τε καταλελοιπὼς ἐκεῖθι πανταχόθεν φαινούσας καί τινα τῶν ἀμφ' αὐτὸν οἰκεῖον Ἰωαννίκιον πάλαι τὸν μοναχικὸν ἐλόμενον βίον, τὴν σκηνὴν καταπιστεύσας καὶ ὅσα ἐπεφέρετο εἴς τε τράπεζαν χρειώδη καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν. αὐτὸς δὲ πορρωτάτω ἀπιὼν ἐκάθητο μετὰ τῆς ἐνόπλου στρατιᾶς τὸ μέλλον καραδοκῶν, τοῦτο τεχναζόμενος, ἵν' ὁ Βασιλάκιος ἀνημμένας πανταχόθεν πυρκαϊὰς ἰδὼν καὶ λαμπαδοχουμένην τὴν τοὐμοῦ πατρὸς σκηνήν, οἰήσαιτο ἐκεῖθι τοῦτον εἶναι διαναπαυόμενον, ὡς ἐντεῦθεν ἐκείνῳ τοῦτον ἁλώσιμον εἶναι καὶ ὑποχείριον.

D V. 19

P. 19

12. λαμπάδας καταλελοιπὼς τοῖς ἐκεῖθι PG, alterum A. 16. τ'ἄλλην P. 18. παραδοκῶν P. 19. lege λαμπαδουχουμένην.

diu quieti indulgere somnoque corpus reficere et iumentis pabulum dare; nam inumbrante vespera fore, ut vigilare debeant et improvisum hostium impetum exspectare. idque, arbitror, pater meus mandaverat, quod periculum sibi hoc vespere ab hostibus timebat. nam eos se aggressuros esse sperabat, sive rerum bellicarum usu, sive aliunde edoctus. neque praesagium eius intra longinquam spem haesit, nec praesagivit modo, quod autem facto opus erat neglexit. immo copias e castris cum armis et equis omnibusque, quae ad pugnam necessaria sunt, eduxit, ignibus in castris relictis late lucentibus et uno ex familiaribus monacho veteri Iohannicio, cui castra commisit et commeatum, quem secum portabat, reliquumque apparatum. ipse longissime a castris cum armato exercitu subsedit, exspectans, quid futurum esset; idque eo consilio fecit, ut Basilacius, cum accensos undique ignes et splendens patris mei tabernaculum conspexisset, requiescere hunc ibi securum arbitraretur ac facili negotio capi posse.

8. Οὐκ εἰς μάτην δέ, καθάπερ εἰρήκειμεν, ἡ μαντεία τοὐμοῦ πατρὸς Ἀλεξίου ἐγεγόνει. ἐπῆλθε γὰρ τῷ προσδοκωμένῳ στρατοπέδῳ ἀθρόον ὁ Βασιλάκιος σὺν ἱππεῦσί τε καὶ πεζοῖς, μυριάνδρον στρατιὰν ἐπαγόμενος. καὶ τὰς μὲν κλισίας ἐφευρὼν ἑκασταχοῦ ἀναλαμπούσας πυρί, ἐξαστράπτουσαν δὲ καὶ τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴν θεασάμενος, ὡς εἶχε ῥύμης εἰς ταύτην εἰσεληλύθει, πολυτάραχόν τι καὶ θορυβῶδες βοῶν. ὡς δ' οὐκ ἦν οὐδαμοῦ ὁ προσδοκώμενος, οὐδέ τις ἀνέπτη στρατιώτης ἐκεῖθεν τὸ παράπαν ἢ στρατηγός, εἰ
B μή πού τινες καταλελειμμένοι τῶν θητευόντων εὐκαταφρόνητοι, ἔτι μᾶλλον ἐβόα καὶ ἐκεκράγει "ποῦ ποτέ ἐστιν ὁ τραυλός;" οὕτωσὶ καὶ τοῖς ῥήμασιν εἰς τὸν μέγαν δομέστικον ἀποσκώπτων. ἦν γὰρ τἆλλα μὲν οὗτος ὁ ἐμὸς πατὴρ Ἀλέξιος εὔστομος καὶ οὐδείς οὕτω ῥήτωρ ἦν αὐτοφυὴς ἔν τε ἐνθυμήμασι καὶ ἐπιχειρήμασι, μόνον δὲ κατὰ τὸν φθόγγον τοῦ ῥῶ ὑπωλίσθαινέ τε μετρίως καὶ ἀσυμφανῶς διώκλα ἡ γλῶττα, καίτοι κατὰ τἆλλα στοιχεῖα τὸν ῥοῦν ἀκάθεκτον ἔχουσα. ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως ὀνειδίζων ἐβόα, καὶ διηρευνᾶτο καὶ ἀνέτρεπε πάντα καὶ κιβώτια καὶ σκίμποδας καὶ σκεύη καὶ αὐτὴν
C δὴ τὴν τοὐμοῦ πατρὸς κλίνην, μή πως ὁ στρατηγὸς ἔν τινι τούτων κέκρυπτο. καὶ θαμὰ πρός τε τὸν μοναχὸν οὕτω καλούμενον Ἰωαννίκιον ἐνέβλεπε· καὶ γὰρ διὰ σπουδῆς ἐπε-

1. δὲ add. A. 2. ἐγεγόνει add. A. 5. ἐφεῦρε AG. πανταχοῦ A. 7. πολυτάραχτόν τε καὶ G. 8. οὐδαμῆ A. 12. καὶ om. A. 15. τοῦ ῥῶ ὡς G, τοῦ ὡς P, recte A. 16. διέκλα coni. Hoeschel. 21. τε om. A.

8. Nec fefellit patrem meum, ut diximus, praesagium. Basilacius enim hostes, quorum adventum exspectaverat, cum omnibus equitibus et peditibus (decem millium numerum implebant) repente adortus, cum tentoria undique lucentia invenisset et resplendens etiam imperatoris tabernaculum videret, quanto impetu potuit eo irruit, ingenti clamore sublato. nusquam vero apparente Alexio, quem ibi deprehensurum speraverat, neque milite omnino ullo nec duce prodeunte, nisi siqui calones viles relicti erant, etiam vehementius, ubi tandem esset balbus iste, clamabat, vel ipsis dictis magnum domesticum cavillans utebatur enim pater meus ceteroquin linguae volubilitate neque quisquam natura ad disserendum et argumentandum magis comparatus erat; in canina tantum littera leviter haesitabat et aliquantum balbutiebat, quanquam in reliquis optime fluebat oratio hinc igitur illudendi occasione Basilacius sumta, clamitabat pervestigabatque omnia et subvertebat arcas, mensas, vasa, ipsum denique patris mei lectum, ne forte imperator alicubi lateret.

ποίητο ἡ μήτηρ ἐν ἁπάσαις ταῖς αὐτοῦ ἐκστρατείαις ὁμόσκηνον ἔχειν τῶν τιμιωτέρων τινὰ μοναχόν, καὶ ὁ εὔνους οὗτος υἱὸς ὑπεῖχε τῷ μητρικῷ θελήματι οὐ τὰ ἐν βρέφει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐς μείρακας παραγγείλας καὶ μέχρις ἂν γυναικὶ συνηρμόσθη· καὶ τὰ τῆς σκηνῆς ἅπαντα ὁ Βασιλάκιος διηρεύνατο καί, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Ἀριστοφάνους, ἐρεβοδιφῶν οὐκ ἀνίει, πυνθανόμενος ἅμα καὶ τὸν Ἰωαννίκιον περὶ τοῦ δομεστίκου. D τοῦ δὲ πρὸ ὥρας ἐξιέναι ξὺν παντὶ τῷ στρατεύματι διισχυριζομένου, γνοὺς ὅτι πολὺν τὸν πλάνον ὑπέμεινε, καὶ τοῖς ἅπασιν ἀπειπάμενος, ἄλλας ἐξ ἄλλων φωνὰς μεταμείβων ἐβόα "ἄνδρες συστρατιῶται, ἠπατήμεθα· ὁ πόλεμος ἔξωθεν." οὔπω τέλος ἔσχεν ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ ἐξιοῦσι τοῦ στρατοπέδου ἐφίσταται τούτοις ὁ ἐμὸς πατὴρ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, προπηδήσας τῆς V. 20 στρατιᾶς σὺν ὀλίγοις τισὶ μετὰ σφοδρότητος. καί τινα εἰς P. 20 τάξιν συνιστῶντα τὰς φάλαγγας θεασάμενος, (καὶ γὰρ οἱ πλείους τῶν στρατιωτῶν τῶν ἀμφὶ τὸν Βασιλάκιον εἰς τὴν λείαν ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότες καὶ τὰ λάφυρα — τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι τοὐμοῦ πατρὶ ἐμεμηχάνητο — οὔπω ἔφθησαν συνελθεῖν καὶ εἰς παράταξιν καταστῆναι, καὶ ἐπέστη αὐτοῖς ἀθρόον κακὸν ὁ μέγας δομέστικος,) ἰδὼν δὲ τὸν καθιστῶντα τὰς φάλαγγας καὶ νομίσας εἴτε ἀπὸ τοῦ μεγέθους εἴτε ἀπὸ τῆς τῶν ὅπλων λαμπρότητος (καὶ γὰρ ἀντέστιλβε τούτῳ τὰ ὅπλα πρὸς τὴν

12. αὐτοῦ G. 18. lege τῷμῷ.

quod dum facit, identidem monachum Iohannicium adspiciebat. etenim studiose id egerat mater Alexii, ut quoties in bellum is proficisceretur, contubernalem haberet ex venerabilioribus unum monachis; cui maternae voluntati pius filius non solum cum puer esset, verum etiam iuvenum numero adscriptus atque adeo donec uxorem duxit, obsecutus est. totum igitur tabernaculum Basilacius perscrutabatur et, ut Aristophanes dicit, ἐρεβοδιφῶν non desinebat, interrogans simul Iohannicium de magno domestico. is cum Alexium ante horam cum universo exercitu egressum castris asseveraret, quanto in errore esset, sensit, sibique prorsus desperans ac multum vociferatus, "commilitones" exclamat "decepti sumus; bellum extra est." necdum loqui desierat, cum copias e castris exeuntes pater meus Comnenus Alexius adoritur, agmen cum paucis suorum praecurrens maxima cum vehementia. ibi unum quendam aciem instruentem cum animadverteret, (plerosque enim Basilacii milites — id enim pater meus praestruxerat — praedae ac rapinarum studio palantes, antequam in ordinem redierant, oppressit repentina pernicie magnus domesticus,) cum igitur cum aciem instruentem videret et vel ex proceritate corporis vel ex armorum splendore (nam ea astrorum lumine fulgebant) ipsum Ba-

ἀστρώαν βολήν,) ἐκεῖνον εἶναι τοῦτον τὸν Βασιλάκιον, συν-
B αντήσας αὐτῷ γοργῶς παίει κατὰ τῆς χειρός· ἡ δ' εὐθὺς
μετὰ τοῦ ξίφους εἰς γῆν ἔρριπτο, ὅπερ μεγάλως τὴν φάλαγγα
συνετάραξεν. οὐ μὴν ὁ Βασιλάκιος ἦν, ἀλλά τις τῶν περὶ
τὸν Βασιλάκιον γενναιότατος, οὐδὲν τοῦ Βασιλακίου ὅσον γε
τὰ εἰς ἀνδρείαν λειπόμενος. βαρὺς οὖν τοῦ λοιποῦ κατ' αὐτῶν
κυλινδούμενος καὶ τοξεύμασι βάλλων καὶ δόρατι τιτρώσκων
καὶ ἀλαλαγμοῖς ἐμβοῶν καὶ νυκτὶ συγχέων καὶ πάντα καὶ
τόπον καὶ χρόνον καὶ ὄργανον εἰς νίκην λαμβάνων καὶ τού-
τοις προσφυῶς ἀποχρώμενος ἀκλονήτῳ φρονήματι καὶ ἀσυγ-
C χύτῳ τῇ διανοίᾳ καὶ ἄλλον ἄλλοσε φεύγοντα προλαμβάνων,
πάντα διέκρινε καὶ τὸν ἐχθρὸν καὶ τὸν φίλον. ἀλλὰ καί τις
ἀνὴρ Καππαδόκης Γούλης τὸ ἐπώνυμον, εὔνους θεράπων
τοὐμοῦ πατρός, τὴν χεῖρα γενναῖος, τὸν θυμὸν ἐς πολέμους
ἀκάθεκτος, τὸν Βασιλάκιον θεασάμενος καὶ ἀκριβῶς ἐγνω-
κώς, παίει κατὰ τῆς κόρυθος. ἀλλὰ τὸ τοῦ Μενέλεω πρὸς
τὸν Ἀλέξανδρον πέπονθε. τὸ γὰρ ξίφος αὐτοῦ τριχθά τε
καὶ τετραχθὰ διατρυφθὲν ἐξέπεσε τῆς χειρός, τῆς λαβῆς κα-
ταλειφθείσης ἐν τῇ χειρί. ὃν ὁ στρατηγὸς θεασάμενος εὐθὺς
διελοιδορεῖτο, ὅτι μὴ κατάσχοι τὸ ξίφος καὶ ἄνανδρον ἀπε-
D κάλει τοῦτον. ἀλλ' ὁ στρατιώτης τὴν καταλειφθεῖσαν τοῦ
ξίφους λαβὴν παραδεικνύς, πραότερον ἐποίει τὸν μέγαν δο-

4. *τῶν* add. A. 12. *φίλιον* G. 13. *Γουὴλς* P. 14. *ἐν πολέμοις* P. 18. *διατρυφθὲν* G, *διατριφθὲν* PA. 20. *κατάσχῃ* A. 22. *ὅπλον* add. A post *παραδεικνύς*.

silacium esse suspicaretur, atroci impetu irruit manumque percutit; quae statim una cum gladio in terram decidit. magnopere hostes ea re perturbati sunt. quanquam Basilacius non erat, sed eius comitum unus nobilissimus nec ipso Basilacio virtutis laude inferior. iamque vi Alexius invehitur, sagittis petit, ferit hasta, clamoribus terret, noctis miscet tenebris, denique ex omni et loco et tempore et re opportunitatem victoriae capit eaque commode utitur intrepido ac praesenti animo atque in summa trepidatione, cum alius alio fugeret, omnes tamen et hostes et suos discernebat. erat etiam Cappadox quidam Gules nomine, fidus patris mei famulus, manu promptus et animo in proeliis audacissimo: qui conspicatus Basilacium ac probe agnoscens, galeam percussit; sed idem quod Menelao contra Paridem pugnanti accidit, ensis in terna quaternaque fragmina ruptus manu excidit, capulo solo relicto. quem ubi vidit imperator, reprehendit statim, quod gladius deesset, ignaviaeque insimulat; sed miles capulum, quem adhuc tenebat, ostendens, magnum domesticum placavit.

μέστικον. καί τις δ' ἄλλος Μακεδών, Πέτρος τὴν κλῆσιν Τορνίκιος τὴν ἐπωνυμίαν, μέσον τῶν πολεμίων ἐμπεσών, πολλοὺς τούτων ἀνῄρει. ἡ γὰρ φάλαγξ εἵπετο ἀγνοοῦσα τὰ δρώμενα· ἐν σκότει γὰρ τῆς μάχης καθισταμένης, οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἅπαντες τὰ γινόμενα ὁρᾶν. ὁ δὲ Κομνηνὸς ἐπὶ τὸ μήπω διασπασθὲν τῆς φάλαγγος ἵετο παίων τοὺς ἀντικαθισταμένους, καὶ ἀνθυποστρέφων αὖθις εἰς τοὺς ἰδίους, σπεύδων καὶ τὸ ἔτι συνιστάμενον τῆς τοῦ Βασιλακίου παραλῦσαι p. 21 φάλαγγος καὶ διαπεμπόμενος εἰς τοὺς ὄπισθεν καὶ παρακελευόμενος μὴ μέλλειν, ἀλλ' ἕπεσθαί οἱ καὶ καταλαμβάνειν ταχύτερον. ἐν τοσούτῳ δὲ ἀνήρ τις Κελτὸς τῶν ἀμφὶ τὸν δομέστικον, ἵν' ἐν βραχεῖ τὰ πάντα διηγήσωμαι, γενναῖος στρατιώτης καὶ Ἄρεως ὅλος ἔμπλεως, τὸν ἐμὸν πατέρα ἰδὼν μεσόθεν τῶν πολεμίων ἄρτι ἐξιόντα ἐσπασμένον τὸ ξίφος θερμὸν ἀπὸ τοῦ αἵματος ἀναπέμπον ἀτμόν, καὶ τῶν πολεμίων νομίσας ἕνα, ἀθρόον αὐτῷ ἐμπεσὼν παίει τῷ δόρατι περὶ τὸ στέρνον, καὶ τάχα ἂν ἔξεδρον τὸν στρατηγὸν ἐπεποιήκει, εἰ μὴ αὐτὸς ἅμα τε πρὸς τὸ ἑδραιότερον ἑαυτὸν ἐφηδράσατο καὶ ὀνομαστὶ τοῦτον ἐκάλεσεν, ἀποκόψειν ἀπειλησάμενος B διὰ τοῦ ξίφους παραχρῆμα τὴν κεφαλήν. ὁ δὲ ἐπειδή πως V. 21 τὸν ἀγνοοῦντα προὐβάλλετο καὶ τὴν νύκτα καὶ τὸ συγκεχῦσθαι περὶ τὴν μάχην, μετὰ τῶν ζώντων ἠρίθμητο.

3. γὰρ: δὲ? vid. Bryenn. p. 153, 3. 5. ἅπαντα rectius Bryennius. 10. ἀλλ' add. G. 12. διηγήσομαι P. 16. ἕνα: εἶναι A. 18. ἐφιδρύσατο A. 22. περὶ om. A.

et alius quidam Macedo Petrus nomine, cognomento Tornicius, medios in hostes illatus, multos ex iis trucidavit. interea phalanx sequebatur ignara eorum, quae fiebant; quia enim noctu pugnabatur, non poterant omnes, quae fiebant, cernere. at Comnenus in aciei partem nondum inclinatam irruit caesisque obviis, cum qui e Basilacii exercitu adhuc locum obtinebant, deiicere festinaret, proelio rursus excessit suosque post tergum, ne cessarent, sed sequerentur et celerius accederent, missis nuntiis, hortabatur. tum Gallus quidam e domestici copiis, ut breviter cuncta perstringam, miles strenuus Martemque spirans, qui patrem meum ex mediis hostibus, stricto et de recenti caede fumante gladio, ad suos regredientem conspiceret, ratus hostium unum esse, vehementi impetu, hasta ferit circa pectus; nec multum abfuit, quin imperatorem equo deiiceret, nisi is et firmius insedisset, et nominatim hominem compellasset, illico caput ei abscissurum se esse minitans. ille cum ignorantiam quandam excusaret seque nocte ac pugna perturbatum asseveraret, incolumis evasit.

9. Τὰ μὲν νυκτὸς ἔργα τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν σὺν ὀλίγοις τοιαῦτα· ἡμέρας δὲ ἄρτι διαγελώσης καὶ τοῦ ἡλίου τοῦ ὁρίζοντος ὑπερκύψαντος, οἱ τοῦ Βασιλακίου φαλαγγάρχαι ἔσπευδον ὅλῃ γνώμῃ ἐπισυλλέγειν τοὺς περὶ τὴν λείαν ἐσπουδακότας καὶ ἀπολειφθέντας τῆς μάχης. ὁ δὲ μέγας δομέστικος τὸ ἴδιον καταστήσας στράτευμα κατὰ τοῦ C Βασιλακίου αὖθις ἴετο. πόρρωθεν δέ τινας αὐτῶν οἱ τοῦ δομεστίκου θεασάμενοι καὶ κατ' αὐτῶν σφοδρῶς ἐξορμήσαντες ἐτρέψαντο καὶ τινας αὐτῷ ζωγρίαν ἐπανεληλυθότες προσῆγον. ὁ δὲ τοῦ Βασιλακίου ἀδελφὸς Μανουὴλ ἐπὶ λόφου τινὸς ἀνελθὼν ἐπερρώννυε τὸ στράτευμα μέγα φωνῶν ὧδε "τοῦ Βασιλακίου ἡ σήμερόν ἐστιν ἡμέρα καὶ νίκη." εἷς δέ τις Βασίλειος τὴν κλῆσιν Κουρτίκιος τὴν ἐπωνυμίαν, γνωστὸς καὶ συνήθης τοῦ Βρυεννίου ἐκείνου Νικηφόρου, περὶ οὗ ὁ λόγος ἐμνήσθη, καὶ τὰ εἰς πολέμους ἀκάθεκτος, προθέων τῆς τοῦ Κομνηνοῦ παρατάξεως ἄνεισι πρὸς τὸν λόφον. ὁ δὲ D Βασιλάκιος Μανουὴλ τοῦ κουλεοῦ τὸ ξίφος σπασάμενος, ὅλας ἡνίας χαλάσας σφοδρῶς κατ' αὐτοῦ ἴετο· ὁ δὲ Κουρτίκιος οὐ διὰ ξίφους, ἀλλὰ τὴν ἀπηωρημένην τῇ ἐφεστρίδι ῥάβδον ἐφελκύσας, παίει τοῦτον κατὰ τοῦ κράνους καὶ παραχρῆμα καταβάλλει τοῦ ἵππου καὶ δεσμώτην τοῦτον ἐπισυρόμενος καθάπερ τι λάφυρον τῷμῷ πατρὶ προσῆγεν. ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ τὸν Κομνηνὸν μετὰ τῶν ἰδίων ἀναφανέντα ταγμάτων τὸ ἐκ-

9. αὐτῶν G. 11. ἐπεφώννυε P. μεγαφωνῶς P. 17. κολεοῦ A. 22. τῷ ἐμῷ A.

9. Atque haec quidem per noctem domesticus scholarum cum paucis suorum gessit. postero autem die, ut primum lux orta est, Basilacii centuriones toto animo contendebant milites, qui, pugna omissa, praedabantur, in ordinem cogere; magnus autem domesticus et ipse acie denuo instructa, Basilacium adoritur; cumque procul hostium nonnullos Alexii milites conspexissent, summa vi irruentes, in fugam eos coniiciunt, nonnullos etiam capiunt, quos ad imperatorem adducunt. interim Basilacii frater Manuel, colle ascenso, animos suorum erigit magna voce exclamans "hic dies, haec victoria Basilacii est." sed Basilius quidam, Curticius cognomento, familiaris et comes Bryennii illius Nicephori, cuius mentionem fecimus, vir bello strenuus, ex acie Comneni in collem procurrit; contra quem cum Manuel, stricto gladio et habenis immissis, ferociter rueret, Curticius non ense, sed baculo, quod e sella pendebat, capite percusso, cum statim ex equo deiicit captumque, velut spolium, ad patrem meum raptat. interim etiam Comnenus cum copiis suis accedit: quo conspecto, quod reliquum erat Basilacii agmen, postquam paulisper ste-

λειπόμενον τοῦ Βασιλακίου στράτευμα θεασάμενον, μικρὸν ἀντισχὸν εἰς φυγὴν ἐξώρμησε. καὶ ὁ μὲν Βασιλάκιος πρόσθεν ἔφευγεν, ὁ δὲ Κομνηνὸς Ἀλέξιος ἐδίωκε. καταλαβόντων δὲ εἰς Θεσσαλονίκην, εὐθὺς οἱ Θεσσαλονικεῖς τὸν Βασιλάκιον ἐδέξαντο, τῷ στρατηγῷ ἐπιζυγώσαντες παραχρῆμα τὰς πύλας. ἀλλ' οὐδ' ὡς ἀνῆκεν ὁ ἐμὸς πατήρ, οὐδ' ἀπεδύσατο θώρακα, οὐδὲ τὸ κράνος ἀπέθετο, οὐδὲ τὴν ἀσπίδα τῶν P. 22 ὤμων παρεῖτο, οὐδὲ τὸ ξίφος ἀπέρριψεν, ἀλλὰ στρατοπεδεύσας ἠπείλει τειχομαχίας τῇ πόλει καὶ πόρθησιν ἄντικρυς. καὶ ἐθέλων διασῶσαι τὸν ἄνδρα, διὰ τοῦ συνεφεπομένου αὐτῷ μοναχοῦ Ἰωαννικίου (ἀνὴρ δὲ οὗτος ἐπ' ἀρετῇ διαβόητος) τὰ περὶ εἰρήνης πρὸς τὸν Βασιλάκιον ἠρώτα, ὥστε τὰς πίστεις λαβόντα μηδὲν δεινὸν πείσεσθαι, ἐγχειρίζειν αὐτῷ ἑαυτόν τε ὁμοῦ καὶ τὴν πόλιν. καὶ ὁ μὲν Βασιλάκιος ἀπειθὴς ἦν, οἱ δὲ Θεσσαλονικεῖς δέει τοῦ μὴ ἁλῶναι τὴν πόλιν καὶ δεινόν τι παθεῖν, παρεχώρουν τῷ Κομνηνῷ τῆς εἰσόδου. ἀλλ' ὁ Βασιλάκιος αἰσθόμενος τοῦ γινομένου ἀπὸ τοῦ πλήθους, ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν μεταβαίνει καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς ἐκείνην ἐφάλ- B λεται. καὶ οὐδ' ὡς ἐπιλανθάνεται πολέμου καὶ μάχης, καίτοι τοῦ δομεστίκου πίστεις αὐτῷ διδόντος μηδέν τι παθεῖν ἀνήκεστον. ἀλλ' ὡράτό γε ὁ Βασιλάκιος καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς καὶ ἐν οἷς ἐστενοχωρεῖτο λίαν ἀνήρ. οὐδὲ γὰρ ὑφεῖναί τι τοῦ ἀνδρώδους καὶ τοῦ γενναίου ἠβούλετο, ἕως ἐκεῖθεν αὐτὸν

5. τῷ στρατηγῷ: τῷμῷ πατρὶ A. 6. ὁ ἐμὸς πατήρ: οὗτος A.
7. τον θώρακα? 8. ἀνέῤῥιψεν G. 23. αὐτὸν om. A.

tit, terga vertit. Basilacium Alexius Comnenus persequitur. cum Thessalonicam venissent, statim Thessalonicenses, Basilacio admisso, Alexio portas claudunt. sed ne sic quidem pater meus destitit, immo nec loricam exuit, nec galeam deposuit, nec clypeum ab humeris removit, nec ensem abiecit; sed castrametatus, urbem oppugnatum ac statim dirutum iri comminabatur. quoniam autem servare Basilacium malebat, per Iohannicium monachum, comitem suum, spectatae virtutis hominem, de pace cum eo egit, ea conditione, ut si seque et urbem dederet, nihil incommodi pateretur. abnuente Basilacio, Thessalonicenses veriti, ne, urbe capta, graviter ipsi affligerentur, Alexium intromiserunt. Basilacius ubi quod a multitudine factum erat cognovit, in arcem se recepit. ac ne sic quidem ab armis recessit, licet domesticus nihil eum indigni passurum esse, fide data, polliceretur. nam in adversis quoque rebus et cum premebatur, Basilacius strenuum se praestitit; neque quidquam de virtute et animi magnitudine remisit, donec arcis incolae et custodes eum vi inde pulsum, magno domestico tradidere. missis statim ad impera-

οἱ τῆς ἀκροπόλεως οἰκήτορες καὶ φύλακες ἐξελύσαντες ἅπαντες ἄκοντα καὶ βίᾳ τοῦτον τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ παρέδωκαν. εὐθὺς δὲ πρὸς τὸν βασιλέα τὴν τούτου ἅλωσιν διαμεμηνυκώς, αὐτὸς ἐπ' ὀλίγον τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐγκαρτερήσας καὶ τὰ
C ἐν αὐτῇ καταστησάμενος, λαμπρὸς στεφανίτης ἐπανῄει. οἱ δὲ πρὸς τοῦ βασιλέως πεμφθέντες μεταξὺ Φιλίππων καὶ Ἀμφιπόλεως τῷ πατρὶ συναντήσαντες, τὰς περὶ αὐτοῦ ἐγγράφους προστάξεις βασιλικὰς αὐτῷ ἐγχειρίσαντες, παραλαβόντες τὸν Βασιλάκιον περί τι χωρίον Χλεμπίναν καλού-
V. 21 μενον ἀπαγαγόντες, ἐγγὺς τῆς ἐν αὐτῷ πηγῆς τοὺς ὀφθαλ-
μοὺς αὐτοῦ ἐξορύττουσιν· ἐξ οὗ καὶ μέχρι τῆς δεῦρο ἡ πηγὴ Βασιλακίου κέκληται. τοῦτο τρίτον ἆθλον πρό γε τῆς βασιλείας καθάπερ τινὶ Ἡρακλεῖ τῷ μεγάλῳ Ἀλεξίῳ γεγένητο.
D ἂν γάρ τις Ἐρυμάνθιον κάπρον τὸν Βασιλάκιον τοῦτον καλέσειεν, Ἡρακλέα δέ τινα καθ' ἡμᾶς γενναιότατον τὸν ἐμὸν πατέρα Ἀλέξιον, οὐκ ἂν ἁμάρτοιτο τῆς ἀληθείας. ταῦτα μὲν ἔστω πλεονεκτήματα καὶ πρὸ τοῦ θρόνου κατορθώματα τῷ Κομνηνῷ Ἀλεξίῳ, ὧν ἁπάντων γέρας ἀπέλαβε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν τοῦ σεβαστοῦ ἀξίαν, σεβαστὸς ἀναρρηθεὶς ἐκ μέσης συγκλήτου.

10. Καθάπερ, οἶμαι, τὰ πονηρευόμενα τῶν σωμάτων πῂ μὲν ταῖς ἔξωθεν αἰτίαις κακοῦνται, ἔστι δ' ὅπου καὶ τὰ αἴτια τῶν νοσημάτων ἀφ' ἑαυτῶν ἀναβλύζουσι, καὶ αἰτιώ-

1. ἅπαντες om. A. 2. παρέδοσαν A. 14. καλέσῃ A. 16. ἁμάρτῃ τῆς A. lege ἁμάρτοι τὸ τῆς ἀληθείας. vid. annotationes.

torem, qui Basilacium captum nuntiarent, ipse Thessalonicae mansit, unde mox, rebus constitutis, triumphans Cpolim revertebatur. at qui obviam patri meo ab imperatore missi erant, cum Philippos inter et Amphipolim occurrissent, litterisque illius redditis, Basilacium accepissent, ad vicum quendam, Chlempinam dictum, abduxerunt eum ac prope fontem, qui ibi est, oculis privarunt; unde adhuc fons ille Basilacii appellatur. tertius hic fuit labor ante imperium a patre meo velut ab Hercule quodam exantlatus. siquis enim Erymanthium aprum Basilacium istum dixerit, patrem vero meum generosissimum Herculem quendam huius aetatis, a vero non aberret. et hactenus de iis, quae ante principatum Alexius Comnenus praeclare gessit; quorum omnium laborum hunc fructum tulit, ut augusti dignitate ab imperatore auctus, augustus in medio senatu renuntiaretur.

9. Ut corpora modo extrinsecus male afficiuntur, modo ipsae morborum causae existunt, ac saepe ab aëris intemperie victuque insalubri, nonnunquam etiam a corruptis humoribus febrium originem

μεθα πολλάκις μὲν τὰς τοῦ περιέχοντος ἀνωμαλίας καί τινας τροφῶν ποιότητας πυρετῶν γενέσεις, ἐνίοτε δὲ καὶ χυμῶν σηπεδόνας· οὕτω δῆτα καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων κακότης κατ' ἐκεῖνο καιροῦ νῦν μὲν ἀνεβλάστησε θανατώδεις κῆρας τοὺς προειρημένους ἄνδρας ἐκείνους, λέγω δὴ Οὐρσελίους καὶ Βασιλακίους καὶ ὅσοι τὸ τυραννικὸν συνεπλήρουν πλῆθος, νῦν P. 23 δὲ ἔξωθέν τινας καὶ ἐπεισάκτους τυράννους τὰ τῆς τύχης ταύτῃ ἐπεισηγάγετο ἀπρόσμαχόν τι κακὸν καὶ ἀνίατον νόσημα, καθάγε καὶ τὸν ἐπὶ τυραννικῇ γνώμῃ διαβόητον Ῥομπέρτον ἐκεῖνον τὸν ἀλαζόνα, ὃν Νορμανία μὲν ἤνεγκε, φαυλότης δὲ παντοδαπὴ καὶ ἐθρέψατο καὶ ἐμαίευσεν. ἡ δὲ Ῥωμαίων ἐχθρὸν τηλικοῦτον ἐφ' ἑαυτῆς εἵλκυσε, πρόφασιν δεδωκυῖα τῶν ἀπ' ἐκείνου πολέμων τοῖς πρὸς ἡμᾶς κῆδος ἐτε- B ρόφυλόν τε καὶ βάρβαρον καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς ἀπροσάρμοστον, μᾶλλον δὲ ἀπροσεξία τοῦ τότε κρατοῦντος Μιχαὴλ τοῦ τὰς τοῦ γένους σειρὰς πρὸς τοὺς Δούκας ἀνάπτοντος. εἰ δὲ καὶ καθαπτοίμην τινὸς τῶν καθ' αἷμά μοι προσηκόντων, (καὶ γὰρ κἀμοὶ τὰ πρὸς μητρὸς ἐκεῖθεν καταρρεῖ,) νεμεσάτω μηδείς· τήν τε γὰρ ἀλήθειαν ἐξ ἁπάντων προειλόμην ξυγγράφειν καὶ ὅσον ἐπὶ τούτῳ τὰς ἐξ ἁπάντων μέμψεις ἀνεστειλάμην. ἐκεῖνος γὰρ ὁ εἰρημένος αὐτοκράτωρ ὁ Δούκας Μιχαὴλ τὴν τοῦ βαρβάρου τούτου θυγατέρα εἰς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν κατηγγυήσατο Κωνσταντῖνον, κἀντεῦθεν ἀνερράγη τὰ τῶν πολε- C

1. ἀνωμαλίας A, ὁμιλίας PG. 3. κακότης om. A. 5. δὲ G. 18. μητέρος P.

repetimus, ita Romana etiam res affecta tunc temporis nunc ipsa letifera sibi fata peperit, Urselios dico et Basilacios, de quibus supra exposui, et si qui alii tyrannidem affectabant, nunc externis et peregrinis tyrannis accitis, fortuna eam in mala praecipitavit, quae sanari nequeunt. in quorum numero Robertus ille fuit, immodica vir dominandi cupiditate ac iactantia, cui genitrix Normania, improbitas omnis generis obstetrix altrixque erat. hunc in se hostem res publica Romana proritavit, bellorum causam ex affinitate peregrina et barbara ac nobis quidem parum digna ipsi offerens: vel potius arcessivit eum imprudentia, qui tum rerum potitus erat, Michaelis e Ducarum gente oriundi. ceterum si quem eorum, qui sanguine mecum coniuncti sunt, (nam ego quoque maternum inde genus repeto,) reprehendendum existimo, id nemo aegre ferat; nam veritatem usque quaque tradere mihi proposui et quantum ad illum attinet, nihil amplius dixi, quam necesse erat. hic igitur imperator Michael Ducas filiam istius barbari filio suo despondit Constantino; unde bellum illud profectum est. de quo imperatoris filio Constantino eiusque nuptiis et omnino de

μίων. καὶ περὶ μὲν τοῦ υἱέος τοῦ βασιλέως τουτουὶ Κωνσταντίνου καὶ τοῦ περὶ αὐτὸν γαμικοῦ συναλλάγματος καὶ ὅλως τοῦ βαρβαρικοῦ κήδους, καὶ δὴ καὶ ὅπως εἶχε κάλλους τε καὶ μεγέθους ὁ ἀνὴρ καὶ ὁποῖος ἦν τὴν φύσιν καὶ ποδαπός, κατὰ καιρὸν ἐροῦμεν, ἐπειδὰν ἀπολοφυρούμην καὶ τὰς ἐμὰς συμφορὰς μικρὸν μετὰ τὴν τοῦ κήδους τούτου διήγησιν καὶ τὴν ἧτταν τῆς βαρβαρικῆς ἁπάσης δυνάμεως καὶ τὴν ἀπώλειαν τῶν Νορμανόθεν τυράννων, οὓς ἐξ ἀλογίας κατὰ
D τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐθρέψατο. ἀλλὰ πρότερον δεῖ ἄνωθέν που
V. 23 τὸν λόγον ἀναγαγοῦσαν τὰ περὶ τοῦ Ῥομπέρτου τούτου διηγήσασθαι, ὅπως τε εἶχε γένους καὶ τύχης, καὶ εἰς οἷον κράτος καὶ ὕψος ἡ φορὰ τῶν πραγμάτων τοῦτον ἀνήνεγκε, μᾶλλον δέ, ἵν' εὐσεβέστερον φαίην, οὗ παρεχώρησε τοῦτον ἡ πρόνοια προελθεῖν, ἐνδοῦσα πρὸς τὰς ἐκείνου κακοτρόπους ὁρμάς τε καὶ μηχανάς. ὁ δὲ Ῥομπέρτος οὗτος Νορμάνος τὸ
P. 24 γένος, τὴν τύχην ἄσημος, τὴν γνώμην τυραννικός, τὴν ψυχὴν πανουργότατος, τὴν χεῖρα γενναῖος, ἐπιθέσθαι μὲν δεινότατος πλούτῳ καὶ περιουσίᾳ μεγάλων ἀνδρῶν, καταπρᾶξαι δὲ ἀφυκτότατος, ἐς τὸ ἀναντίρρητον τὰ τοῦ σκοποῦ περιάγων. τὰ δὲ τοῦ σώματος τοσοῦτος εἰς μέγεθος, ὡς καὶ τῶν μεγίστων ὑπερανέχειν, πυρσὸς τὸ χρῶμα, τὴν κόμην ξανθός, τοὺς ὤμους εὐρύς, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀλλὰ πῦρ ἀπ' αὐτῶν μονονουχὶ ἀπεσπινθηριζετο, καὶ ὅπου μὲν ἔδει διοργανῶσαι τὴν

1. υἱέως P. 9. ἐτρέψατο? 13. οὗπερ ἐχώρησε P, alterum G. 22. fortasse leg. ὀφθαλμοὺς χαροπὸς καὶ πῦρ. vid. annotationes.

barbara hac affinitate, et qua pulchritudine atque proceritate corporis, qua indole quibusque moribus fuerit, suo loco exponam, ubi et meas miserias lamentabor, brevi post affinitatis huius narrationem et cladem universi barbarorum exercitus ac tyrannorum e Normania exitium, quos imprudenter in imperium Romanum ille verterat; nam antea paulo altius repetendum et de Roberto isto exponendum est, quo genere ortus quaque fortuna usus sit, et ad quod potentiae fastigium eum temporum extulerint casus, vel potius, ut religiosius loquar, quo usque provehi eum divina providentia siverit, improbis consiliis et conatibus eius indulgens. erat Robertus hic Normanus genere, fortuna obscura, dominandi cupidus, summa vafritie, manu fortis, opibus inhians virorum potentium inque parandis iis pervicacissimus neque ulla ratione a proposito revocandus. corporis magnitudine vel maximos superabat, colore erat rubro, coma flava, latis humeris, oculis caeruleis quique tantum non scintillarent, et ubi dilatari a natura corpus oportet, non carebat facilitate, ubi in angustum cogi, specie

φύσιν τὸ πλάτος, εὐμήχανον ἦν, ὅπου δὲ ἀποστενῶσαι τοῦτο, εἰς τὸ εὔρυθμον διωμάλιστο. οὕτως ἐξ ἄκρας κεφαλῆς ἐς πόδας ὁ ἀνὴρ κατερρύθμιστο, ὡς πολλῶν λεγόντων πολλάκις ἀκήκοα. τὸ δὲ φθέγμα, Ὅμηρος μὲν περὶ Ἀχιλλέως ἐποίη- B
σεν, ὡς ἄρα φωνήσαντος ἐκείνου, φαντασίαν ἐσχήκεσαν οἱ ἀκούοντες πολλῶν θορυβούντων, τούτου δὲ τοῦ ἀνδρός, ὥς φασι, τὸ ἐμβόημα πολλὰς ἐτρέπετο μυριάδας. οὕτως ἔχων καὶ τύχης καὶ φύσεως καὶ ψυχῆς, ἀδούλωτος ἦν, ὡς εἰκός, μηδενὶ τῶν ἁπάντων ὑποταττόμενος. τοιαῦται γὰρ αἱ μεγάλαι φύσεις, ὥς φασι, κἂν τύχης ὦσιν ἀφαυροτέρας.

11. Τοιοῦτος δὲ ὢν ὁ ἀνὴρ καὶ ἄγεσθαι ὅλως μὴ ἀνεσχόμενος, ἀπὸ Νορμανίας ἀπάρας μετά τινων ἱππέων, πέντε δὲ ἦσαν ἱππεῖς καὶ πεζοὶ τριάκοντα οἱ πάντες, ἐξελθὼν τῆς πατρίδος περὶ τὰς ἀκρολοφίας καὶ τὰ ἄντρα καὶ τὰ ὄρη τῆς C
Λογγιβαρδίας διέτριβε, χειρὸς λῃστρικῆς κατάρχων καὶ τοῖς ὁδίταις ἐπιτιθέμενος, ὅπου μὲν ἵππους, ὅπου δὲ καὶ πράγματα ἄλλ' ἄττα καὶ ὅπλα προσεπικτώμενος. καὶ τὰ προοίμια τοῦ βίου τούτῳ αἱμάτων ἦσαν ἐκχύσεις καὶ ἀνδροφονίαι πολλαί. χρονοτριβῶν δὲ ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Λογγιβαρδίας, οὐκ ἔλαθε Γελίελμον τὸν Μασκαβέλην, ὃς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ μέρους μεγίστου τῶν παρακειμένων τῇ Λογγιβαρδίᾳ ἡγεμὼν ἐτύγχανεν ὤν· ὅθεν τὰς εἰσόδους δαψιλεῖς ἂν' ἔτος ἐλάμβανεν, κἀντεῦθεν δυνάμεις ἱκανὰς ἐπαγόμενος ἐπιφανὴς D

10. ἀφανεστέρας G in margine. 12. τινων: τῶν P. 17. ἄλλά τινα A, ἄλλά τα PG, correxi. ἐπεκτήσατο A.

erat aequabili et concinna. adeo a summo vertice usque ad talos formosus erat, ut e multis saepe audire memini. vocem quod attinet, Achillis quidem, Homero auctore, tanta fuit, ut qui eum audirent, percipere sibi viderentur tumultuantis multitudinis strepitum; at huius, ut perhibent, clamor sexcenta milia in fugam vertit. sic et fortuna et natura et animo comparatus, servitutis, ut facile intelligitur, impatiens erat nec cuiusquam imperium ferebat; quales esse dicunt, in quibus animus excelsior est, licet humili fortuna utantur.

11. Talis cum esset et obedire plane non posset, Normania patria cum equitibus quinque et peditibus omnino triginta relicta, circa Longibardiae saltus et loca avia commorabatur, ubi latrociniis cum praedatoria manu in viatores exercendis equos, arma, alia sibi parabat. atque ita vitam a caedibus ac sanguine auspicabatur. cumque in Longibardiae finibus diutius versaretur, non latuit Guilelmum Mascabelem, qui per ea tempora finitimarum regionum maximam partem in ditione habebat; unde cum largos quotannis reditus caperet, satis magnum sibi exercitum alebat et dux erat nobilissimus. is ubi Robertum, qualis corpore

ἦν ἀρχηγός. μεμαθηκὼς δὲ περὶ τοῦ Ῥομπέρτου ὁποῖός ἐστι κατ' ἄμφω, ψυχὴν καὶ σῶμά φημι, προσήκατό τε ἀβούλως τὸν ἄνδρα καὶ μίαν τῶν θυγατέρων τούτῳ κατηγγυήσατο. καὶ πληρώσας τὸ κῆδος, θαυμάσας αὐτὸν τῆς τε φύσεως καὶ τῆς περὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐμπειρίας, οὐμενοῦν τὰ κατὰ γνώμην ηὐτύχησεν. καὶ γὰρ καὶ πόλιν καθαπερεί τι ἔθνον αὐτῷ ἐδεδώκει καὶ ἄλλ' ἄττα προσεπεφιλοτιμήσατο. ὁ δὲ περὶ αὐτὸν δύσνους γενόμενος καὶ ἐπανάστασιν κατ' αὐτοῦ μελετήσας, τὰ μὲν πρῶτα τὸν εὔνουν ὑπεκρίνετο καὶ τὰς δυνά-
P. 25 μεις προσετίθει τριπλασιάσας μὲν τοὺς ἱππεῖς, εἰς δὲ διπλασίους τοὺς πεζοὺς ποιησάμενος. καὶ τοὐντεῦθεν ὑπέρρει τὰ τῆς εὐνοίας καὶ κατὰ μικρὸν παρεγυμνοῦτο ἡ κακοήθεια. καὶ
V. 24 οὐ διελίμπανε προφάσεις καθεκάστην σκανδάλων διδοὺς καὶ λαμβάνων καὶ τρόπους συνεχεῖς μηχανώμενος, ἀφ' ὧν ἔριδές τε καὶ μάχαι καὶ πόλεμοι εἰώθασι τίκτεσθαι. ἐπεὶ δὲ ὁ ῥηθεὶς Γελίελμος ὁ Μασκαβέλης πλούτῳ καὶ δυνάμει κατὰ πολὺ διέφερεν αὐτοῦ, ἀπογνοὺς ὁ Ῥομπέρτος τὴν κατὰ πρόσωπον πρὸς αὐτὸν μάχην, βουλὴν βουλεύεται πονηράν. καὶ
B προβάλλεται μὲν τὴν εὔνοιαν καὶ τὸ μεταμέλον πλάττεται, καὶ ὑπορύττει δόλον αὐτῷ δεινὸν καὶ δυσφώρατον, τάς τε πόλεις αὐτοῦ κατασχεῖν καὶ κύριος γενέσθαι τῶν προσόντων ἁπάντων τῷ Μασκαβέλῃ. καὶ πρῶτα μὲν τὰ πρὸς εἰρήνην ἐπερωτᾷ καὶ συνελθεῖν εἰς λόγους αὐτοπροσώπως διαπρεσβεύεται, ὁ

6. εὐτύχησεν G. καθάπερ τι A. 7. ἄλλ' ἄττα correxi, codices ut supra. προσεφιλοτιμήσατο A, προσεπιφιλοτ. PG, correxi. 9. τὸν : τὸ A. 10. τριπλασιάσαι P. 23. τὰ εἰς PG, τὰ om. A.

et animo esset, cognovit, arcessivit hominem imprudenter et filiarum unam ei despondit. quippe eum cum ob ingenium, tum ob rei bellicae experientiam summopere admirabatur. verum ea res longe aliter ac speraverat, evenit. cum enim genero praeter alia munera etiam urbem tanquam in dotem dedisset, is brevi post socero infensus seditionem molitur. ac primum quidem amorem pietatemque simulat copias augendi causa; mox ubi peditum numerum duplicavit, equites in triplum auxit, iam voluntas illa elabitur et improbitas eius apparuit. neque intermisit iniuriarum quotidie causas et dare et accipere, denique omnia tentare, quibus simultates, proelia bellaque oriri solent. sed quoniam Guilelmus Mascabeles opibus atque potentia longe eum superabat, Robertus aperto certamini diffisus, pravum consilium excogitavit. simulata enim pietate ac poenitentia, dolum ei pessimum nec facile detegendum struxit, quo eius et urbes caperet et fortunis omnibus potiretur. ac primum quidem de pace cum eo egit et colloquium per

δὲ τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην ἀσπάζεται φιλῶν, τὴν θυγατέρα ἐξόχως, καὶ συντίθεται τὴν ὁμιλίαν ἐς νέωτα. ὁ δὲ Ῥομπέρτος καταγγέλλει τόπον αὐτῷ, ἐν ᾧ συνελθόντας διαλεχθῆναι προσήκει καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους συνθέσθαι σπονδάς. ἀκρολοφίαι δὲ ἦσαν δύο ἐξ ἴσου τῆς πεδιάδος ἐξυπανέχουσαι κατὰ διάμετρον τὴν θέσιν λαχοῦσαι, τὸ δὲ μεταξὺ τούτων ἑλῶδες ἦν καὶ κατάσκιον δένδροις παντοδαποῖς καὶ φυτοῖς. ἔνθα καὶ λόχον ἐστήσατο ὁ δεινὸς ἐκεῖνος Ῥομπέρτος τέσσαρας ἄνδρας ἐνόπλους γενναιοτάτους, παρεγγυησάμενος πανταχόσε παπταίνειν τὰ ὄμματα· ἐπειδὰν δὲ ἴδοιεν αὐτὸν μετὰ τοῦ Γελιέλμου συμπλεκόμενον, εὐθὺς πρὸς ἐκεῖνον ἀναδραμεῖν, μηδὲν τὸ παράπαν μελήσαντας. ταῦτ' οὖν προκατασκευάσας ὁ κακουργότατος ἐκεῖνος Ῥομπέρτος, τὴν μὲν τῶν ἀκρολοφιῶν εἰς τὴν μετὰ τοῦ Μασκαβέλη ὁμιλίαν χρησιμεύουσαν κατέλιπε, φθάσας ταύτην ὑποδεῖξαι αὐτῷ, θατέραν δὲ οἷον ἰδιοποιησάμενος, πεντεκαίδεκα ἱππέας καὶ πεζοὺς ὡσεὶ ἓξ καὶ πεντήκοντα μεθ' ἑαυτοῦ συλλαβόμενος, ἀνελθὼν ἐν αὐτῇ συνέταξε, τὴν βουλὴν πᾶσαν τοῖς ἀξιολογωτέροις τούτων ἐξορχησάμενος, καὶ ἑνὶ τούτων παραγγείλας τὰ αὐτοῦ ὅπλα βαστάζειν, ἀσπίδα καὶ κράνος καὶ ἀκινάκην, ὡς ῥᾳδίως διὰ τούτων ἐξοπλισθείη, καὶ τοῖς λοχῶσι τέσσαρσιν ἐπισκήψας, ἵν' ὁπηνίκα τῷ Μασκαβέλῃ συμπλακέντα τοῦτον θεάσοιντο,

2. καί που τίθεται G. 12. lege μελλήσαντας. 14. κατέλοιπε P. 17. μεθ' ἑαυτοῦ συλλαβόμενος add. G. ἀνελθεῖν P. 21. λοχῶσιν P.

legatos petiit. Mascabeles, qui ob eximium erga filiam amorem pacem cum genero restitutam cuperet, colloquii diem brevem dixit. locum designavit Robertus, quo congressi colloquerentur, et de pacis conditionibus agerent. colles erant duo pari fere in planitie altitudine editi, e regione sibi oppositi, inter quos vallis palustris et frequens arboribus omnis generis fruticibusque. ibi nefarius iste Robertus in insidiis collocavit quatuor viros fortissimos armis instructos; quibus mandavit, ut quoquo versus dispicerent, et simulac manus cum Mascabele conferentem se cernerent, rebus omnibus relictis, statim accurrerent. his ita dispositis, fraudulentissimus iste Robertus alterum collem, quem tanquam colloquio commodissimum Mascabeli designaverat, missum fecit; alterum sibi quodammodo vindicavit eoque cum equitibus quindecim, peditibus fere quinquaginta sex conscenso, milites ibi disposuit et cum primis eorum consilium communicavit. uni eorum mandaverat, ut sua ipsius arma, clypeum, galeam acinacemque secum ferret: quae facile, cum opus foret, indueret. quatuor illis in valle subsidentibus imperaverat, ut quam primum manus se cum Mascabele conferentem cernerent, celerrime auxilio sibi

θᾶττον ἀναδράμωσι πρὸς αὐτόν. καὶ ὁ Γελίελμος κατὰ τὴν συγκειμένην ἡμέραν ἦρχετο πρὸς τὴν ἀκρώρειαν εἰς τὸν τόπον, ὃν φθάσας αὐτῷ ὁ Ῥομπέρτος ὑπέδειξε, τὰς μετ' αὐτοῦ συνθήκας πληρώσων. ὃν ἰδὼν ἐγγύθεν ἐκεῖνος γενόμενον, αὐτῷ τε ἱππότης προσυπαντήκει, καὶ ἀσπασάμενος ἐδεξιοῦτο μάλα εὐθύμως. ἔστησαν οὖν ἄμφω εἰς τὸ πρανὲς μικρὸν τῆς ἀκρολοφίας ὑποκλίναντες, ὁμιλοῦντες ἄττα καὶ ἔμελλον
P. 26 ποιεῖν. ὁ δὲ δεινὸς ἐκεῖνος Ῥομπέρτος λόγους ἐκ λόγων συνείρων ἔτριβε τὸν καιρόν, εἶτά φησι πρὸς τὸν Γελίελμον "ἵνα τί τοῖς ἵπποις ἐποχούμενοι κοπιῶμεν; ἀποβάντες καθεδούμεθα εἰς τοὔδαφος καὶ ἀφροντίστως περὶ ὧν χρὴ ὁμιλήσομεν." πείθεται ὁ Μασκαβέλης νήπιος ἀγνοήσας τὸν δόλον καὶ οὗ κακοῦ φέρεται, καὶ ἀποβαίνοντα τὸν Ῥομπέρτον τοῦ ἵππου θεασάμενος, πεζὸς καὶ αὐτὸς τηνικαῦτα εἱστήκει καὶ τῇ γῇ τὸν ἀγκῶνα διερεισάμενος αὖθις λόγων κατήρχετο. ὁ δὲ Ῥομπέρτος δουλείαν ὡμολόγει τοῦ λοιποῦ τῷ Μασκαβέλῃ καὶ πίστιν, εὐεργέτην αὐτὸν καὶ κύριον ὀνομάζων. θεασά-
B μενοι δὲ τούτους οἱ τοῦ Μασκαβέλη τῶν ἵππων ἀποβάντας καὶ λόγων ἄλλων ὥσπερ καταρχομένους, καμόντες ἀπό τε τοῦ καύσωνος ἀπό τε τοῦ δεηθῆναι καὶ τροφῆς καὶ ποτοῦ, (ὥρα γὰρ θέρους ἦν, ὁπηνίκα τὰς ἀκτῖνας ὁ ἥλιος κατὰ κορυφὴν εἴωθε βάλλειν,) καὶ τῆς ἁλέας ἀφορήτου γινομένης, οἱ μὲν τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες τοὺς χαλινοὺς περὶ τοὺς

οὓς

1. αὐτον G. 4. πληρώσας P. ἐκεῖνος ἐγγύθεν γενόμενος G. 5. lege προσυπηντήκει. 13. lege οἱ κακοῦ. 21. κατὰ κορυφὴν om. G.

accurrerent. Guilelmus constituta die in designatum sibi a Roberto locum processit, foederis sanciendi gratia; quem ubi alter adventantem conspexit, obviam vehitur et amantissime eum excipit, cumque in proclivitate collis paullum infra verticem constitissent et de rebus ordinandis colloquerentur, nefarius iste Robertus sermonibus tempus terere coepit, dein "quid" inquit "incommodo nostro equis insidemus? quin descendimus et humi accumbentes, quae opus sunt, secure transigimus?" concedit Mascabeles imprudens, nulla suspicione doli et periculi imminentis. atque ut desilientem equo Robertum videt, et ipse descendit, cubitoque caput innixus sermonem continuat. Robertus obsequium Mascabeli fidemque in posterum pollicetur, benefactorem eundem saepius et dominum appellans. quos equis descendisse et novum iam sermonem inceptare Mascabelis comites conspicati, cum et ipsi aestu et fame ac siti laborarent, (nam aestatis tempus erat, quo radios in verticem sol iacere solet,) calore intolerando, equis alii desiliunt frenisque ad arbores ligatis, humi

πτόρθους τῶν δένδρων ἀναδεσμοῦντες, εἰς τοὔδαφος κατεκλίνοντο, ταῖς ἀπὸ τῶν ἵππων καὶ τῶν δένδρων σκιαῖς ἀναψυχόμενοι, οἱ δὲ οἴκαδε ἐχώρουν. ἀλλ' οὗτοι μὲν οὕτως. ὁ δὲ τὰ πάντα δεινὸς Ῥομπέρτος οὕτω ταῦτα προκαταστήσας, ἀθρόον ἐπιφύεται τῷ Μασκαβέλῃ, καὶ τὸ ἥμερον ἀφεὶς βλέμμα πρὸς τὸ ὀργιλώτερον μεταβάλλεται, καὶ φόνιον αὐτῷ ἐπιβάλλει τὴν χεῖρα. καὶ συμπλακεὶς ἀντισυνεπλέκετό τε καὶ εἵλκε καὶ εἵλκετο, καὶ ἐκυλίοντο ἄμφω κατὰ τοῦ πρανοῦς. τούτους δὲ οἱ λοχῶντες τέτταρες ἐκεῖνοι ἄνδρες θεασάμενοι, ἀναδύντες τοῦ ἕλους ἐπέδραμον ἤδη τῷ Γελιέλμῳ, καὶ ξυνδήσαντες ἅπανταχόθεν ἀνέτρεχον ὡς πρὸς τοὺς εἰς τὴν ἑτέραν ἀκρώρειαν ἱσταμένους ἱππεῖς τοῦ Ῥομπέρτου, ἤδη καὶ αὐτῶν ὑποκαλπαζόντων κατὰ τοῦ πρανοῦς πρὸς αὐτούς· ὄπισθεν δὲ ἐδίωκον οἱ τοῦ Γελιέλμου. ὁ δέ γε Ῥομπέρτος ἐπιβὰς τοῦ ἵππου, κράνος τε καὶ δόρυ λαβὼν καὶ γοργῶς ἐναγκαλισάμενος καὶ ἀσπίδι περιφράξας ἑαυτόν, ἐπιστραφεὶς πλήττει ἕνα τῶν τοῦ Γελιέλμου διὰ δόρατος, ὁ δ' ἅμα τῇ πληγῇ καὶ τὴν ψυχὴν συναφῄρητο. ἐν τοσούτῳ τὴν φορὰν τῶν ἀμφὶ τὸν πενθερὸν ἱππέων ἀναχαιτίσας καὶ τὴν ἀπὸ τούτων βοήθειαν ἀνακόψας, (οἱ δέ γε λοιποὶ τοὺς ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν καταβαίνοντας ἱππότας τοῦ Ῥομπέρτου ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου βοηθουμένους θεασάμενοι, παραχρῆμα τὰ νῶτα διδύασιν,) οὕτω γοῦν τὴν φορὰν τῶν τοῦ Μασκαβέλη

V. 25

C

D

2. τῶν alterum om. G. 9. τέσσαρες P, alterum GA. 13. ὑποκολπαζόντων P. 16. περιφραξάμενος A. 22. βοηθουμένου G.

recumbunt et ex equorum arborumque umbra frigus captant, alii domum repetunt. ita illi; at veterator ille Robertus, rebus hoc modo praeparatis, subito vim Mascabeli adhibet et, blando mutato vultu, atrociter eum adspicit mortiferamque manum infert. ille cum vim vi propulsaret, lucta coorta, uterque proclivi colle devolvebatur. quo cognito, qui latebant in insidiis viri quatuor, e palude emersi advolant, Guilelmoque vinculis constricto, recurrunt ad equites alterum collem insidentes, qui iam et ipsi per collis proclivitatem tolutim adequitabant. a tergo insequebantur Guilelmi equites. at Robertus, equo conscenso, induta galea, sumta hasta et vibrata ferociter, instructusque clypeo, conversus unum ex Guilelmi comitibus hasta percutit, qui protinus animam reliquit. refrigerato interim impetu soceri equitum eorumque auxilio discusso, (ceteri enim, ubi approperantes desuper Roberti equites conspexere, ipsa loci opportunitate adiutos, celeriter terga dederunt,) tali igitur modo Mascabelis equitum impetu discusso, captivus vinctusque hic in arcem ducitur, quam

ἱππέων ἀνακύψαντος τοῦ Ῥομπέρτου, ἄγεται τηνικαῦτα ὁ Μασκαβέλης δέσμιος καὶ αἰχμάλωτος εἰς ὅπερ δέδωκεν αὐτῷ εἰς προῖκα φρούριον, ὅτε τὴν θυγατέρα τούτῳ κατηγγυήσατο. καὶ εἶχεν ἄρα τότε τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἡ πόλις ἔμφρουρον, φρούριον ἐντεῦθεν εἰκότως προσαγορευομένη. οὐδὲν δὲ χεῖρον καὶ
P. 27 τὴν ὠμότητα τοῦ Ῥομπέρτου διηγήσασθαι. ἐπειδὴ γὰρ ἅπαξ ἐγκρατὴς ἐγεγόνει τοῦ Μασκαβέλη, τὰ πρῶτα μὲν τῶν ὀδόντων ἁπάντων ἀποστερεῖ, ἐφ' ἑκάστῳ τούτων προσαπαιτῶν πολυτάλαντον ὁλκὴν νομισμάτων καὶ πυνθανόμενος, οὗ ταῦτα ἐναπέθετο. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔλεγεν ἀπαράσσων ἔστ' ἂν ἅπαντα ἔλαβε, καὶ ἅμα οἵ τε ὀδόντες ἐξέλιπον καὶ τὰ χρήματα, ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς Γελιέλμου ἐπιβάλλει τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Ῥομπέρτος, καὶ φθονήσας τούτῳ τῶν ὄψεων ἀποστερεῖ τῶν ὀμμάτων.

12. Πάντων οὖν ἐγκρατὴς γενόμενος ηὐξάνετό τε τὸ ἐντεῦθεν ὅσημέραι, καὶ εἰς τὸ τυραννικώτερον ἀποκλίνων ταῖς
B πόλεσί τε προσετίθετο πόλεις καὶ τοῖς χρήμασι χρήματα. καὶ ἐν βραχεῖ πρὸς τὴν δουκικὴν περιωπὴν ἀναβεβηκώς, δοὺξ Λογγιβαρδίας ἁπάσης ὠνομάζετο. ἐντεῦθεν οὖν ἅπαντες πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ φθόνον ἠρεθίζοντο. ὁ δὲ φρενήρης ὢν ἀνὴρ ὅπου μὲν θωπείαις χρησάμενος πρὸς τοὺς ἀντικαθισταμένους αὐτῷ, ὅπου δὲ καὶ δωρήμασι, τοὺς μεταξὺ τοῦ πλήθους θορύβους ἐξωμαλίσατο καὶ τὸν κατ' αὐτοῦ φθόνον τῶν μεγιστάνων εὐμηχάνως κατέστειλεν, ἔστι δ' οὗ καὶ ὅπλοις χει-

9. νομισμ. ὁλκήν, πυνθανόμενος A. 13. ἀποστερεῖται ὀμμάτων G.

dono Roberto dederat, cum filiam ei collocaret; habuitque tum ipsum dominum suum urbs in custodia, unde merito φρούριον i. e. custodia ei nomen est. non autem ab re fuerit, etiam crudelitatem Roberti enarrare. nam postquam Mascabelem semel cepit, primum dentibus eum privavit omnibus, immensam pro singulis nummorum summam poscens et ubi reperiri posset, quaeritans. sed cum non prius desineret evellere, quam omnia exhausisset, et dentes simul et opes deficerent, ad oculos animum convertit ipsamque lucem invidens, eum excaecavit.

12. Itaque rebus omnibus potitus, crescebat in dies, auctaque dominandi cupiditate, urbes urbibus, opibus opes addebat. ac brevi in ducale provectus fastigium, dux universae Longibardiae nominabatur. unde omnium concitata invidia est; sed qua erat prudentia, modo blanditiis adversus adversarios usus, modo largitionibus, et multitudinis tumultus sedavit et invidiam potentiorum restinxit;

ρωσάμενος, ἅπαν τὸ κράτος Λογγιβαρδίας τε καὶ τῆς ὁμορούσης χώρας εἰς ἑαυτὸν ἀνεδήσατο. ἀεί δέ τι ὁ Ῥομπέρτος οὗτος ἐπινοῶν τυραννικώτερον καὶ φανταζόμενος τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων, προφάσεως, ὡς ἔφην, τῆς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Μι- C
5 χαὴλ συμπενθερίας ἐπιδραξάμενος, τὸν πρὸς Ῥωμαίους ἀνερρίπισε πόλεμον. ἔφθημεν γὰρ εἰρηκότες, ὅτι Μιχαὴλ ὁ αὐτοκράτωρ οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν τοῦ τυράννου τούτου θυγατέρα (Ἑλένη δὲ αὕτη προσηγορεύετο) τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ κατηγγυήσατο. πάλιν δὲ μεμνημένη τοῦ νεανίσκου τούτου, πα-
10 θαίνομαι τήν τε ψυχὴν καὶ τοὺς λογισμοὺς συγχέομαι· ἀνακόπτομαι δὲ τὴν ἀμφὶ τοῦτον διήγησιν, φυλάττουσα πάντα καιρῷ τῷ προσήκοντι. τοῦτο δὲ μόνον οὐχ ὑπομένω μὴ λέ- V. 26
γειν, κἂν ἔξω τοῦ καιροῦ λέγοιμι, ὡς ἄγαλμα φύσεως ἦν ὁ νεανίας ἐκεῖνος καὶ θεοῦ χειρῶν, ὡς ὄντως εἰπεῖν, φιλοτί- D
15 μημα. εἰ γὰρ καὶ μόνον ἐθεάσατό τις αὐτόν, εἶπεν ἂν ὡς τοῦ παρ' Ἕλλησι μυθευομένου χρυσοῦ γένους ἀπορροή· οὕτως ἀμήχανον εἶχε τὸ κάλλος. ἐγὼ δὲ μετὰ τοσούτους ἐνιαυτοὺς μεμνημένη τοῦ νεανίου τούτου, δακρύων ἐμπίπλαμαι· ἐπέχω δὲ ὅμως τὸ δάκρυον καὶ ταμιεύω πρὸς τοὺς ἐπι-
20 καίρους τῶν τόπων, ἵνα μὴ τὰς μονῳδίας τῶν ἐμῶν ἀναμιγνῦσα ταῖς ἱστορικαῖς διηγήσεσι, τὴν ἱστορίαν συγχέοιμι. οὗτος γὰρ ὁ νεανίσκος, περὶ οὗ κἀνταῦθα καὶ ἀλλαχόσε εἰρή-

5. ἀνερρίπιζε PG, alterum A. 10. λογισμοὺς: ὀφθαλμοὺς A.
14. malim οὕτως. 18. νεανίσκου G. ἐμπίμπλαμαι G.

interdum etiam vi adhibita, totam Longibardiam et finitimas regiones in potestatem redegit. hinc cum semper altiora appeteret et ipsum Romanorum imperium somniaret, bellum commovit, cui illam cum imperatore Michaele affinitatem, ut dixi, praetendit. supra enim exposuimus, imperatorem Michaelem, nescio quo consilio, tyranni istius filiam, Helenam nomine, Constantino filio despondisse. iterum autem mentione illius iuvenis facta, vehementer equidem commoveor ac perturbor; sed quae de eo dicenda habeo, praetermittam, suo loco totam rem narratura. illud unum silere non possum, etsi alieno loco dicam, specimen naturae fuisse iuvenem illum et dei manuum, vere dico, opus excellentissimum. quem qui adspiciebat tantummodo, non potuit, quin aurei saeculi, quod fabulis Graecorum celebratur, progeniem eum haberet: adeo erat mirifica pulchritudine. mihi certe tantos post annos cum iuvenis illius meminerim, lacrimae oboriuntur. tamen eas cohibeo et in locos magis aptos reservo, ne privata lamentatio, rerum narrationi immixta, historiam turbet. hic igitur Constantinus, cuius et hic et alibi mentionem fecimus, natu nobis aliquanto maior, priusquam lucem adspexissemus, sponsus erat He-

P. 28 κειμεν, προχρόνιος πρὸ ἡμῶν καὶ πρὶν ἡμεῖς τὸν ἥλιον ἴδοιμεν, μνηστὴρ ἐγεγόνει τῆς τοῦ Ῥομπέρτου Ἑλένης καθαρὸς καὶ ἀμόλυντος, καὶ τὰ ἔγγραφα συναλλάγματα ἐπ' αὐτῇ ἐγεγράφεισαν, κἂν ἀτέλεστα καὶ ἐν ἐπαγγελίαις μόνον, ἀτελοῦς τὴν ἡλικίαν ὄντος τοῦ νεανίσκου· διεσπάσθη δὲ ἅμα τῷ τῆς βασιλείας ἐπιβῆναι τὸν βασιλέα Νικηφόρον τὸν Βοτανειάτην. ἀλλ' ἐξετραπόμην τοῦ λόγου, ἐπανελεύσομαι δ' αὖθις ἀφ' οὗπερ ἐξετραπόμην. ὁ γάρ τοι Ῥομπέρτος ἐκεῖνος ἐξ ἀφανοῦς πάνυ τύχης περιφανὴς γεγονὼς καὶ πολλὴν δύναμιν ἀθροίσας περὶ αὑτόν, B ἐπεβάλλετο καὶ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ γενέσθαι. καὶ προφάσεις εὐλόγους δῆθεν ἐπλάττετο τῆς πρὸς Ῥωμαίους δυσμενείας καὶ τῶν πολέμων. διττὸς δὲ ἐντεῦθεν φέρεται ὁ λόγος. ὃ μὲν γὰρ φημίζεταί τε καὶ διαρρεῖ καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας ἀκοῆς ἔφθασεν, ὅτι τις μοναχὸς Ῥαίκτωρ ὀνομαζόμενος ὑπεκρίθη τὸν βασιλέα Μιχαὴλ καὶ πρὸς τὸν Ῥομπέρτον τοῦτον καὶ συμπένθερον αὐτομολήσας τὰς οἰκείας συμφορὰς ὠλοφύρετο. οὗτος γὰρ μετὰ τὸν Διογένην τῶν σκήπτρων Ῥωμαίων ἐπειλημμένος καὶ βραχύν τινα χρόνον διαπρέψας τὴν βασιλείαν, παρελύθη μὲν τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ Βοτανειάτου ἐπα- C ναστάντος αὐτῷ, τὸν δὲ τῶν μοναχῶν ὑπέδυ βίον, μετὰ δὲ ταῦτα τὸν ἀρχιερατικὸν ποδήρη καὶ τὴν κίδαριν ἠμφιέσατο, εἰ βούλει δέ, καὶ τὴν ἐπωμίδα. τοῦτο δὲ συνεβούλευσεν ὁ καῖσαρ Ἰωάννης ὁ πρὸς πατρὸς αὐτῷ θεῖος, τὸ κοῦφον εἰδὼς

1. ἴδομεν A. 3. ἐγγεγράφεισαν P. 12. ὁ prius add. A. 13. καὶ ὁ διαῤῥεῖ P. 18. τῇ βασιλείᾳ A. an ἐνδιατρίψας τῇ βασιλείᾳ? vid. annotat.

lenae Roberti filiae purus et integer, confectaeque iam erant tabulae dotis, quanquam incassum nec nisi promisso tenus. nam immatura pueri aetas erat; Nicephoro autem Botaniate imperium adepto, tota res disiecta est. sed aberravit oratio; redeamus, unde defleximus. Robertus igitur ille, ex humili loco ad summa fortunae evectus, multis opibus copiisque paratis, etiam Romanorum imperator fieri concupivit. ac causas inimicitiae cum Romanis et belli probabiles scilicet excogitavit. de qua re duplex fama fertur. altera enim vulgatur et obtinet atque ad aures nostras pervenit, monachum quendam Raectoris nomine imperatorem Michaelem simulasse, et ultro ad Robertum, quippe consocerum suum, venisse fortunamque suam deplorasse. Michael enim, post Diogenem imperium Romanorum adeptus, postquam brevi summam rerum administravit, regno pulsus est a Botaniate in ipsum rebellante; ex quo primum monachi vestem induit, dein episcopalem talarem et infulam, addo etiam epomidem; huius enim rei auctor ei fuerat caesar Iohannes eius patruus, qui levitate eius, qui

τοῦ τηνικαῦτα κρατοῦντος καὶ μή τι πάθῃ δεινότερον δεδιώς. τοῦτον ὑπεκρίθη ὁ εἰρημένος μοναχὸς ἐκεῖνος Ῥαίκτωρ ἢ καὶ ὡς οὕτως εἰπεῖν ῥέκτης τῶν ἁπανταχοῦ τολμηρότατος. πρόσεισί τε τῷ Ῥομπέρτῳ ὡς δῆθεν συμπενθέρῳ καὶ τὰ τῆς ἀδικίας ἐκτραγῳδεῖ, ὡς καθαιρεθείη μὲν τῶν βασιλικῶν θρόνων, καὶ εἰς ὅπερ νῦν σχῆμα τοῦτον ὁρᾷ περιελθεῖν. καὶ διὰ τούτων πάντων εἰς ἄμυναν ἐξεκαλεῖτο τὸν βάρβαρον. τὴν γὰρ καλὴν φησι μείρακα τὴν αἰτοῦ νύμφην Ἑλένην ἀπερίστατον καταλεῖψαι καὶ χήραν ἄντικρυς τοῦ νυμφίου. τὸν γὰρ υἱὸν Κωνσταντῖνον καὶ τὴν βασιλίδα Μαρίαν προσρυῆναι τῷ Βοτανειάτῃ καὶ ἄκοντας διὰ τὴν τυραννίδα ἐβόα. ταῦτα λέγων παρώξυνέ τε τὸν θυμὸν τοῦ βαρβάρου καὶ πρὸς πόλεμον κατὰ Ῥωμαίων ἐξώπλιζε. τοιοῦτος μὲν λόγος περιρρεῖ μου τὰς ἀκοὰς καὶ οὐκ ἔχω γε διὰ θαύματος, εἴ τινες ἀδοξότατοί τινας τῶν ἐπὶ δόξης καὶ γένους εὐγενοῦς ὑποκρίνονται. ἕτερος δέ με περιβομβεῖ πιθανώτερος λόγος ἑτέρωθεν φημιζόμενος, ὡς οὔτε μοναχός τις τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ὑπεκρίνατο, οὔτε τοιοῦτόν τι τὸν Ῥομπέρτον πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων ἐκίνησε πόλεμον, ἀλλ' αὐτὸς ὁ βάρβαρος πολυτροπώτατος ὢν τὰ τοιαῦτα ῥᾳδίως ἐπλάττετο. ἔχει γὰρ ὧδε τὰ ἐφεξῆς. αὐτὸς μέν, ὥς φασιν, ὁ Ῥομπέρτος ῥᾳδιουργότατος

V. 27

P. 29

1. πάθῃ A, πάθοι PG. 2. καὶ Ῥαίκτωρ PG, alterum A. 6. νῦν add. A. ὁρᾷ PG, ὁρᾷ A. 8. ἑαυτοῦ A. 13. διαῤῥεῖ PG, alterum A. 14. μοι G. γε om. A. 15. τοὺς PG, τῶν A. 16. πιθανώτατος G. 17. ἐπιφημιζόμενος A. ὑπεκρίνετο A. 18. οὔτε τι ἕτερον τὸν A. 19 ἀλλὰ P.

tum regnabat, perspecta, ne quid gravius pateretur, verebatur. hunc igitur simulans, monachus ille Raector vel, ut ita dicam, ῥέκτης i. e. fraudum machinator, omnium audacissimus, adit Robertum ut consocerum scilicet suum, et quid iniuriae passus sit, lamentabili voce exponit. regno expulsum, ad eam, quam nunc cerneret, conditionem redactum se esse. proinde postulat, ut auxilium sibi barbarus ferat. pulchram enim puellam Helenam, nurum suam, relictam a se esse sine tutela et sponso plane orbatam. nam Constantinum filium et imperatricem Mariam vel invitos in Botaniatis partes abstractos esse vociferatur. talia locutus, irritavit animum barbari et ad bellum Romanis inferendum quasi armavit. talis, ut dixi, fama aures meas circumfundit, nec mirum videtur, humillimo loco natos nobilissimorum ac summorum hominum personam sumsisse. verum alia me aliunde eaque credibilior fama circumsonat, nec monachum quendam imperatorem Michaelem egisse, nec talem quandam ob causam Robertum bellum Romanis intulisse. sed ipsum barbarum, summa cal-

ὧν καὶ τὴν κατὰ Ῥωμαίων ὠδίνων μάχην καὶ πρὸ πολλοῦ πρὸς τὸν πόλεμον παρασκευαζόμενος, ἐκωλύετο μὲν ὡς ἀδίκων πολέμων ἄρχων καὶ κατὰ Χριστιανῶν εὐτρεπιζόμενος
B παρά τινων τῶν περὶ αὐτὸν ἐνδοξοτάτων ἀνδρῶν καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Γαΐτης καὶ ἀνεκόπτετο πολλάκις ἐπιχειρήσας τῆς τοιαύτης ὁρμῆς· βουλόμενος δὲ πιθανὴν τὴν πρόφασιν τοῦ πολέμου ποιήσασθαι, πέμπει τινὰς ἄνδρας εἰς Κοτρώνην τὰ ἀπόρρητα καταπιστεύσας αὐτοῖς τῶν βεβουλευμένων καὶ ἐπισκήπτει τοιαῦτα· ὡς εἴ τινα μοναχὸν εὕροιεν βουλόμενον ἐκεῖθεν ἐνθάδε διαπερᾶσαι εἰς προσκύνησιν τοῦ
C νεὼ τῶν κορυφαίων καὶ πολιούχων τῆς Ῥώμης ἀποστόλων, ἐξ αὐτῆς ὄψεως μὴ πάνυ τὸ δυσγενὲς ἐμφαίνοντα, τοῦτον ἁσμένως ἐναγκαλίσασθαι καὶ οἰκειωσαμένους πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν. ἐπεὶ δὲ τὸν προειρημένον ἐφεῦρον Ῥαίκτωρα, ἄνδρα ποικίλον τε καὶ πρὸς πανουργίαν ἀπαράμιλλον, δηλοῦσι
D τῷ Ῥομπέρτῳ διὰ γραμμάτων κατὰ τὸ Σαλερηνὸν ἐνδιατρίβοντι, ὅτι περ "ὁ σὸς κηδεστὴς Μιχαὴλ ὁ τῆς βασιλείας ἐξεωθεὶς κατέλαβε, τὴν ἀπὸ σοῦ ἐξαιτούμενος βοήθειαν." οὕτω γὰρ αὐτοῖς ὁ Ῥομπέρτος ὑπέθετο τὰς πρὸς αὐτὸν ἐκθεῖναι γραφάς. ὁ δὲ ἐν χερσὶ ταύτας λαβών, παρευθὺς μὲν τῇ ὁμευνέτιδι ὑπαναγινώσκει, εἶτα συναγαγὼν τοὺς κόμητας ἅπαντας, ὑποδείκνυσι καὶ τούτοις τὰ γράμματα, ὡς μηκέτι κωλύεσθαι παρ' αὐτῶν, εὐλόγου τάχα αἰτίας δραξάμενος.

4. αὐτὸν : αὐτῶν P. 14. Ῥαίκτορα P. 16. σαλερινὸν A. διατρίβοντι P. 17. ἀξιωθεὶς A. lege ἐξωσθεὶς.

liditate hominem, talia facile excogitasse. etenim cum bellum Romanum animo moliretur et iam pridem parasset, tamen quoniam iniustum videbatur nec adversus Christianos suscipiendum, nobilissimi qui circa eum erant viri nonnulli et ipsa coniux Gaïta obstábant et impetum eius saepe cohibebant. itaque ut idoneam belli occasionem nancisceretur, Crotonem misit, quibus arcana sua consilia crediderat mandaveratque, ut si quem monachum reperissent, qui inde ad apostolorum summorum patronorumque Romae religionis causa profecturus esset, nec ipso vultu ignobilitatem generis proderet, eum familiariter exceptum sibi conciliarent ad seque adducerent. qui cum Raectorem, quem dixi, versutissimum et mira astutia hominem, invenissent, Roberto Salerni commoranti per litteras nuntiarunt, affinem eius Michaelem, imperio pulsum, advenisse, ut auxilium imploraret. ita enim a Roberto iussi erant litteras perscribere. quas ubi accepit, coniugi statim praelegit; dein etiam comitibus convocatis omnibus epistolam monstravit, ne diutius ab ipsis impediretur, tanquam iustam belli causam nactus. approbantibus cun-

συντίθενται ἅπαντες παραχρῆμα τῇ τοῦ Ῥομπέρτου βουλῇ, καὶ οὕτως προσήκατό τε αὐτὸν καὶ εἰς ὁμιλίαν ἐλήλυθεν. ἐντεῦθεν τὰ πάντα δραματουργεῖ καὶ σκηνὴν περιτίθησιν, ὡς ὁ βασιλεὺς εἴη Μιχαὴλ ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος, ὡς καθαιρεθείη τῶν θρόνων, ὡς τὴν γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα καὶ τἆλλα πάντα πρὸς τοῦ Βοτανειάτου ἁφαιρεθείη τυράννου, καὶ ὡς τοῦτον ἀδίκως καὶ παρὰ πάντα δίκαιον λόγον τῆς ταινίας τε καὶ τοῦ διαδήματος τὸ μοναχικὸν περιέθεντο σχῆμα, καὶ "νῦν ἱκέτης ἦκέ" φησι "πρὸς ἡμᾶς." ταῦτα εἰς μέσους ἐδημηγόρει ὁ Ῥομπέρτος, τήν τε βασιλείαν αὐτῷ διὰ τὸ κῆδος ἐπανασωθῆναι πρεσβεύων καὶ ἀξιῶν ἑκάστης ἡμέρας τὸν μονα- P. 30
χὸν ἐκεῖνον, ὡς δῆθεν τὸν βασιλέα Μιχαήλ, καὶ προεδρίας καὶ θρόνων ὑψηλοτέρων καὶ τιμῆς ὑπερβαλλούσης, καὶ ἄλλοτε ἄλλως τὰς δημηγορίας πλαττόμενος, νῦν μὲν ἐλεεινολογούμενος, οἷα πέπονθεν ἐπὶ θυγατρί, νῦν δὲ τοῦ συμπενθέρου φειδόμενος ἐφ' οἵστισι κακοῖς περιπέπτωκεν, νῦν δὲ προσπαροξύνων τε καὶ διεγείρων πρὸς πόλεμον τὸ περὶ αὐτὸν βάρβαρον, ποικίλως ἐπαγγελλόμενος τούτοις χρυσοῦ θημῶνας, οὓς ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἔχειν τούτοις κατεπηγγέλλετο. ἐντεῦθεν V. 28
πάντας ἐλκυσάμενος τῆς ῥινὸς καὶ πλουσιωτέρους καὶ πενε- B
στέρους, ἁπάρας τῆς Λογγιβαρδίας, μᾶλλον δὲ πᾶσαν αὐτὴν ἑλκυσάμενος, καταλαμβάνει τὴν Σάλερνον μητρόπολιν οὖσαν Μέλφης, ἐν ᾗ τὰ κατὰ τὰς ἄλλας θυγατέρας αὐτοῦ πάντα

7. ante τῆς excidit ἀντί. 9. ἦλθε A. 14. ἐλεινολογούμενος P. 17. προπαροξύνων P.

ctis, arcessit hominem et colloquium cum eo init. iamque totam rem comminiscitur et quasi fabulam fingit, imperatorem Michaelem esse hunc monachum, eum imperio esse pulsum, ad hoc uxore et filio et reliquis fortunis omnibus a Botaniate tyranno orbatum, postremo praeter omne ius fasque taenia ac diademate detractis, monachi veste indutum esse; nunc supplicem ad se eum venisse. ita Robertus coram omnibus dictitabat regnumque se huic propter affinitatem restituturum esso pollicebatur. ac quotidie monacho, quippe imperatori Michaeli, et locum principem et altiorem sedem concedebat praecipuoque eum honore habebat. concionabatur etiam alias aliter, cum modo quae propter filiam passus esset, conquereretur, modo, ne laederet scilicet consocerum, commemorare nollet, in quantam is calamitatem incidisset; interdum etiam ad bellum suos incitaret et impelleret, tantum non auri montes callide promittens. tali modo ubi locupletes iuxta atque inopes vana spelactavit, Longibardia relicta vel potius cuncta secum abrepta, Salernum contendit, quae Melphae metropolis

καταπράξας καλῶς, ἐντεῦθεν τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξαρτύεται. δύο δὲ ἦστην αὐτῷ· τὴν γὰρ τρίτην ἡ βασιλὶς τῶν πόλεων εἶχεν ἐξ αὐτοῦ θαλάμου δυστυχῆ. ὁ γὰρ νεανίας ἐκεῖνος ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς οὔπω ἔφηβος ὢν ἀπεστρέφετο τοντὶ τὸ κῆδος καθάπερ τοὺς μορμολυττομένους τὰ βρέφη. τούτων δὲ τὴν μὲν Ῥαϊμούντῳ τῷ υἱῷ κόμητος Βραχενῶνος κατηγγυήσατο, τὴν ἑτέραν δὲ συνέζευξε τῷ Εὐβούλῳ ἐπιφανεστάτῳ καὶ τούτῳ κόμητι. οὐδὲ ταῦτα τὰ συναλλάγματα πρὸς τὸ ἀσύμφορον ἑώρα Ῥομπέρτῳ· ἀλλὰ πανταχόθεν γὰρ συνεκεκρότητο καὶ συνηθροίζετο ἑαυτῷ δύναμιν, ἐκ γένους, ἐκ τυραννίδος, ἐξ ἀγχιστείας, ἐξ ἄλλων τρόπων παντοδαπῶν, ὧν ἄν τις οὐδὲ ἐπινοήσαιτο.

13. Ξυμπίπτει δὲ μεταξὺ καί τι τοιοῦτον, ὅπερ ἄξιον ἀφηγήσασθαι. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο εἰς εὐφημίαν τούτου καὶ εὐτυχίαν ἀναφερόμενον. καὶ γὰρ καὶ τοὺς τῆς δύσεως ἅπαντας ἀρχηγοὺς ἀναχαιτίζεσθαι τῆς πρὸς τοῦτον φορᾶς σφόδρα τῆς τῶν πραγμάτων εὐροίας τῷ βαρβάρῳ λογίζομαι, ἁπανταχόθεν τῆς τύχης αὐτῷ συνεργούρης καὶ ἐπαιρούσης εἰς τυραννίδα καὶ πᾶν τὸ ἐπωφελὲς περαιουμένης. ὃ γάρ τοι πάπας τῆς Ῥώμης (γενναία δὲ αὕτη ἀρχὴ καὶ στρατεύμασι παντοδαποῖς περιφραττομένη) μετὰ τοῦ ῥηγὸς Ἀλαμανίας Ἐνερίχου διαφορὰν ἐσχηκώς, ἐβούλετο πρὸς συμμαχίαν ἑλκῦσαι Ῥομπέρτον ἤδη περιφανέστατον γεγονότα καὶ πρὸς με-

10. ἑαυτῷ om. P. 12. ἐπινοήσατο P. 14. εἰς εὐτυχίαν τούτου ἀναφερόμενον GA. 15. an καὶ τὸ τῆς? 22. ἠβούλετο A.

est. ibi postquam ceterarum filiarum res ordinavit, quae ad bellum pertinebant parabat. erant autem ei duae filiae; nam tertia in regina urbium commorabatur, ex ipsis nuptiis infelix. iuvnnis enim ille statim a principio, cum nondum pubes esset, has nuptias aversabatur, quemadmodum formidines infantuli. illarum autem alteram Raïmundo despondit, comitis Barcinonensis filio, alteram Eubulo collocavit, illustrissimo et ipsi comiti. nec in his nuptiis Robertus non commodi sui rationem habuit; immo undique opes colligebat, ex genere, ex tyrannide, ex affinitate, ex innumeris denique aliis rebus, de quibus vix cogitaveris.

13. Interim accidit aliquid, quod silentio praetereundum non est. nam id quoque ad felicitatem, qua usus est Robertus, pertinet. quod enim Occidentis principes omnes impediti erant, quominus eum aggrederentur, id admodum ad rerum prosperitatem barbaro profuisse censeo, quem quidem fortuna ab omni parte adiuvit in regnumque extulit et qualibet opportunitate auxit. etenim cum papa urbis Romae (est is principatus valens omnique copiarum genere munitus,) cum

γάλας ἀρχὰς ἀκμάσαντα. ἡ δὲ διαφορὰ ῥηγός τε καὶ πάπα τοιαύτη τις ἦν. ὁ μὲν γὰρ κατητιᾶτο τὸν ῥῆγα Ἑνέριχον ὡς τὰς ἐκκλησίας οὐ προῖκα διδόντα, ἀλλὰ δωρημάτων ἀποδιδόμενον καί που καὶ ἀναξίοις ἀνδράσι τὴν ἀρχιερωσύνην κατα-
5 πιστεύοντα, καὶ τοιούτων ἐγκλημάτων ἐδίωκεν. ὁ δέ γε ῥὴξ Ἀλαμανίας τυραννίδος τὸν πάπαν ἐγράφετο, ὡς ἄτερ γνώμης αὐτοῦ τὸν ἀποστολικὸν ἐξαρπάσοι θρόνον. καί που καὶ ἀπηναισχυντήκει πρὸς τοῦτον καὶ ἰταμωτέροις ἐχρήσατο λόγοις, ὡς εἰ μὴ ἐκσταίη τῆς αὐθαιρέτου προεδρίας, μεθ'
10 ὕβρεως ἐκεῖθεν ἀπελαθήσεται. τούτων οὖν ἀκούσας ὁ πάπας B τῶν λόγων, κατὰ τῶν πρέσβεων εὐθὺς ἐμεμήνει, καὶ αἰκισάμενος πρότερον ἀπανθρώπως, εἶτα καὶ κείρας τὰς κεφαλὰς καὶ ἐπικείρας τοὺς πώγωνας, τὰς μὲν ψαλίσι ξυρῷ δὲ τοὺς πώγωνας, καὶ ἄλλο τι προσεργασάμενος ἀτοπώτατον καὶ
15 βαρβαρικὴν ὕβριν ὑπερελαῦνον, ἀφῆκεν· εἶπον ἂν καὶ τὴν ὕβριν, εἰ μή με καὶ γυναικεία καὶ βασιλικὴ ἐπεῖχεν αἰδώς. ἐκεῖνο γὰρ οὐχ ὅπως ἀνάξιον ἀρχιερέως τὸ παρ' ἐκείνου πραχθέν, ἀλλ' οὐδ' ὅλως ἀνθρώπου Χριστιανικὸν ἐπιφερομένου V. 29 τοὔνομα, καὶ ἐβδελυξάμην καὶ τὸ ἐνθύμημα τοῦ βαρβάρου, C
20 μήτοι γε τοὔργον, ἐπεὶ καὶ τὸν γραφέα κάλαμον καὶ τὸν χάρτην ἐμόλυνα ἄν, εἰ τὸ πραχθὲν κατὰ μέρος διεξῄειν. ἀλλ' εἰς παράστασιν καὶ βαρβαρικῆς ὕβρεως καὶ ὅτι ὁ χρό-

3. δωρήματα G. 4. που: πάντα A. 14 προσεξεργασόμενος P. 18. ἐπιφερ. καὶ τοὔνομα ἐβδελυξάμην PA, ἐπιφερ. ὄνομα G, ego καὶ transposui.

Germaniae rege Henrico dissideret, adiungere sibi Robertum illustrem iam et viribus pollentem cupit. dissidium autem, quod inter regem et papam intercessit, eiusmodi fere erat. accusabat illè regem Henricum, quod ecclesias non gratis conferret, sed donis acceptis, interdum etiam indignis hominibus episcopatus committeret. talium eum facinorum arguit; Germaniae autem rex papae crimini dabat, quod ecclesiae principatum invasisset, quippe qui sine suo consensu in apostolicum se thronum intrusisset. in qua disceptatione etiam insolenter se gerebat et paulo ferocius, nisi pontificatu, quem occupasset, sponte cederet, ignominiose eo eiectum iri, comminabatur. quibus papa auditis, iram in legatos vertit. verberibus eos misere caesos, capita forficibus barbas novaculis rasos, alio insuper genere immanis et plus quam barbarae contumeliae affectos dimisit. quam contumeliam quominus disertius significem, pudor prohibet, qui et feminam et principem decet. nam quod ille perpetravit, non modo pontifice, sed ne ullo quidem homine dignum, qui Christi nomen profitetur, atque ipsum etiam consilium barbari abominor, nedum

νος ῥέων ἦθη ἀνδρῶν παντοδαπὰ πρὸς κακίαν ἀναφύει καὶ πάντολμα, ἀρκέσει αὐτὸ τοῦτο τὸ μηδὲ μικρόν τι τοῦ πραχθέντος ἀνασχέσθαι ἡμᾶς παρεμφῆναι ἢ διηγήσασθαι, καὶ ταῦτα ἀρχιερέως, ὦ δίκη, καὶ ταῦτα πρώτου ἀρχιερέως, καὶ ταῦτα προκαθημένου τῆς οἰκουμένης ἁπάσης γενομένου, ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Λατῖνοι λέγουσί τε καὶ οἴονται· ἔστι γὰρ
D καὶ τοῦτο τῆς ἀλαζονείας αὐτῶν. μεταπεπτωκότων γὰρ τῶν σκήπτρων ἐκεῖθεν ἐνθάδε εἰς τὴν ἡμεδαπήν τε καὶ ἡμετέραν βασιλίδα πόλιν καὶ δὴ καὶ τῆς συγκλήτου καὶ ἅμα πάσης τῆς τάξεως, μεταπέπτωκε καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις. καὶ δεδώκασιν οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος εἰς περιωπὴν πρωτίστην τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀναβιβασαμένη, τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διοικήσεις ἁπάσας ὑπὸ τοῦτον ἐτάξατο. μήποτε οὖν ἡ τοιαύτη πρὸς τοὺς
P. 32 πρέσβεας ὕβρις ἀνεφέρετο πρὸς τὸν πεπομφότα οὖσα, οὐ μόνον ὅτι τούτους ἐκόλασεν, ἀλλ' ὅτι καὶ καινήν τινα τὴν εἰς αὐτοὺς γενομένην ὕβριν αὐτὸς πρῶτος ἐξεύρατο. ᾐνίττετο γὰρ δι' ὧν ἐποίει τὸ τοῦ ῥηγός, ὡς οἶμαι, εὐκαταφρόνητον, ὥσπερ τις ἡμίθεος ἡμιόνῳ διαλεγόμενος διὰ τῶν καθυβρισμένων τουτωνὶ πρέσβεων. ὁ μὲν οὖν πάπας ἐπειδὴ ταῦτα

1. ἀνθρώπων A. 4. δίκαιον A. 5. γενομένου G in margine, γενόμενον GP. 9. καὶ τῆς ὅλης βασιλικῆς τάξεως A. 12. τῆς add. A. 15. ἐτάξατο: ἐποίησε A. 16. πεπομφότα * οὖσα G. 18. αὐτὸς add. G. ἐφεύρατο G.

factum, quod si distinctius referrem, calamum hunc chartamque polluerem. verum ut appareat, quo progredi usque barbara impotentia queat et quam scelesti nonnunquam et nefarii hominum mores decursu temporum existant, hoc unum sufficiat dicere, nullo modo a me impetrari posse, ut vel tantillum enuntiem facinoris commissi. et commissi ab episcopo, pro deus, atque adeo a summo episcopo quique universo orbi terrarum praeest: ita certe Latini et perhibent et credunt, neque id a cetera arrogantia eorum abhorret. nam cum imperium in nostram urbem regiam transiret, senatu et omnibus ordinibus inde huc traductis, transiit etiam episcopatus dignitas primaria. quem honorem cum imperatores pridem Cpolitano throno tribuerint, tum maxime synodus Chalcedonensis in amplissimum fastigium Cpolitanam sedem evexit eique omnes orbis terrarum subiecit dioeceses. sed illa quam dixi legatorum contumelia, dubitari nequit, quin ad regem ipsum pertinuerit, non ideo solum, quod eos pulsavit, verum etiam quod novum quoddam, quo illos afficeret, iniuriae genus excogitavit. voluit enim eo, ut opinor, significare, quanto regem despectui haberet, quem quasi quidam semideus semiasinum, tanto in

πεπραχὼς καὶ τοὺς πρέσβεις οὕτως, ὡς εἶπον, ἀποπεμψάμενος πρὸς τὸν ῥῆγα, μέγιστον πόλεμον ἀνηρέθισεν· ἵνα δὲ μὴ τῷ Ῥομπέρτῳ προσθέμενος ὁ ῥὴξ ἀφορητότερος γένοιτο, φθάνει τὰ πρὸς εἰρήνην τῷ Ῥομπέρτῳ διακηρυκευσάμενος, οὐδὲ πρότερον φιλίως διακείμενος πρὸς αὐτόν. πυθόμενος B γὰρ τὸν δοῦκα Ῥομπέρτον κατειληφότα τὴν Σάλερνον, ἀπέρας ἐκεῖνος τῆς Ῥώμης εἰς Βενεβενδὸν παραγίνεται. καὶ διὰ πρέσβεων πρὸς ἀλλήλους διαλεχθέντες, εἶθ' οὕτως καὶ αὐτοπροσώπως ἐντετυχηκότες ἀλλήλοις· καὶ γὰρ ὁ μὲν τῆς Βενεβενδοῦ μετὰ τοῦ οἰκείου ξυντάγματος, ὁ δὲ τῆς Σαλέρνου μετὰ στρατιᾶς ἐξιόντες, κᾆθ' οὕτως τῶν στρατευμάτων γεγονότων ἐκ διαστήματος ἱκανοῦ, ἑκάτερος τοῦ οἰκείου τάγματος ἀποστάς, συνηλθέτην τε τὼ ἄνδρε καὶ πίστεις παρ' ἀλλήλων καὶ ὅρκους λαβόντες ὑπέστρεψαν. οἱ δὲ ὅρκοι, ἵν' ὁ μὲν πάπας τήν τε τοῦ ῥηγὸς ἀξίαν περιθείη αὐτῷ καὶ συμμαχίαν C δοίη καιροῦ καλοῦντος κατὰ Ῥωμαίων· ὁ δὲ δοὺξ ἀνθορκίζετο τῷ πάπᾳ προσβοηθεῖν ὅποι βούλοιτο. μάταια δ' ἄρα ἦσαν τὰ τῶν ὅρκων παρ' ἀμφοτέρων τελούμενα. ὅ τε γὰρ πάπας κατὰ τοῦ ῥηγὸς εὖ μάλα παρώξυντο καὶ ὁ πρὸς ἐκεῖνον πόνος κατήπειγεν, ὅ τε δοὺξ Ῥομπέρτος τῇ Ῥωμαίων ἐπωφθαλμίᾳ καὶ ὥσπερ τις κάπρος ἄγριος τοὺς ὀδύντας κατὰ τούτων ἐτετρίγει τε καὶ τὸν θυμὸν ἔθηγεν, ὥστε μέχρι λόγων οἱ ὅρκοι τούτων. καὶ ὀμνύντες αὐτίκα τὸ πρὸς ἀλλήλους οἱ V. 30

16. δοὺξ τῷ πάπᾳ προσβοηθείη A. lege ἀνθωρκίζετο. 17. ὅπη A. 18. τῶν om. P. 19. παρωξύνετο A. 20. κατήπειρεν P. 21. ἐποφθαλμίᾳ P. 23. αὐτίκα τὸ om. A.

legatos scelere edito, tractavit. papa igitur, ubi ista perpetravit ac legatos ita ut dixi dimisit, cum magnum sibi bellum imminere intelligeret, veritus, ne rex, inita cum Roberto societate, etiam validior fieret, occupat de pace ad Robertum mittere, licet antea non amico erga eum animo fuisset. cumque certior esset factus, Salerni Robertum ducem degere, Roma Beneventum profectus est. primum per legatos transigebant, dein ipsi conveniunt. atque ille Benevento, hic Salerno cum militum manu egressi, postquam utriusque exercitus, quantum satis videbatur, appropinquarunt, ad colloquium ambo prodeunt ac fide invicem data et iureiurando firmata, revertuntur. foedus ita pepigerant, ut papa regiam dignitatem Roberto tribueret et, ubi opus esset, auxilium contra Romanos ferret; Robertus autem papae adesset quacunque vellet. at frustra fides utrimque data est. siquidem papa regi vehementer offensus, toto animo bellum adversus eum agitabat; et Robertus, qui Romanorum regno oculos adiecisset cupiditatis, velut aper ferus dentes animumque adversus hos

D βάρβαροι, τὸ παραυτίκα καὶ παρεσπόνδουν. ὁ μὲν δοὺξ Ῥομπέρτος συστρέψας τοὺς χαλινοὺς ἐπὶ τὴν Σάλερνον ἔσπευδεν, ὁ δὲ κατάπτυστος οὗτος πάπας (οὐδὲ γὰρ ἔχω τί ποτ' ἂν ἄλλο τοῦτον ἐπονομάζειν, τὴν ἀπάνθρωπον ἐκείνην ὕβριν ἐνθυμηθεῖσα τὴν εἰς τοὺς πρέσβεας,) μετὰ πνευματικῆς χά- 5
ριτος καὶ εὐαγγελικῆς εἰρήνης ἐπὶ τὸν πόλεμον ὁ δεσπότης ἐχώρει ὅλῃ γνώμῃ καὶ ὅλαις χερσὶ τὸν ἐμφύλιον, ὁ εἰρηνικὸς ταῦτα καὶ τοῦ εἰρηνικοῦ μαθητής. τοὺς γὰρ Σάξονας αὐτίκα καὶ τοὺς Σαξόνων ἡγεμόνας Λαντοῦλφόν τε καὶ Οὐέλ-
P. 33 κον μεταπεμψάμενος καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἐν ὑποσχέσε- 10
σιν ὑποτείνας καὶ ῥᾳγας ποιήσειν τῆς ἑσπέρας ἁπάσης ἐπαγγειλάμενος, εἰς ἑαυτὸν ὑποσύρει τοὺς ἄνδρας. οὕτως ἐκεῖνος εὔκολον εἶχε τὴν δεξιὰν εἰς χειροθεσίαν ῥηγῶν, τοῦ Παύλου παρακούων, ὡς ἔοικε, "χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει" λέγοντος· ὁ δὲ τὸν δοῦκα Λογγιβαρδίας ἐταινίου καὶ τοὺς 15
Σάξονας τούτους ἔστεφε. συναγηοχότος τοίνυν ἑκατέρου τὰς δυνάμεις αὐτῶν, τοῦ τε ῥηγὸς Ἀλαμανίας Ἑνερίχου καὶ τοῦ πάπα, καὶ πρὸς ἀλλήλους παραταξαμένων, ἥ τε κερατίνη σάλπιγξ τὸ ἐνδόσιμον ἐδεδώκει καὶ συνερράγησαν εἰθὺς αἱ φά-
B λαγγες καὶ μάχη ἐξ ἑκατέρων ἀνερριπίσθη μεγάλη καὶ παρα- 20
μόνιμος. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐξ ἑκατέρου μέρους ἠνδρίσαντο καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν δοράτων τρώσεσι καὶ τοξευμάτων βολαῖς ἐνεκαρτέρησαν, ὡς ἐν βραχεῖ χρόνῳ πᾶσαν τὴν ὑποκειμένην

4. ἐπονομάσαιμι A. 5. εἰς : πρὸς A. 8. γὰρ : δὲ G. 11. ὑπαγγειλάμενος A. 13. εὐκόλως G. 19. εὐδόσιμον ἐδεδιώκει P.

acuebat. ita verbo tantum tenus barbari iurarunt, fidem mox violaturi. quorum quidem Robertus admisso equo Salernum contendit, papa iste detestabilis (non enim habeo, quo alio eum nomine denotem, cum atrocis illius in legatos crudelitatis recordor,) spiritalem gratiam ac pacem evangelicam prae se ferens, toto pectore ad bellum fertur civile, quanquam idem pacificum se et pacifici discipulum esse iactat. accitos enim e vestigio Saxonum duces, Ladulphum et Velcum, cum aliis pollicitationibus cepit, tum vero maxime, quod universi occidentis illos se reges facturum promisit. adeo promptus erat ad reges inaugurandos, parum, ut videtur, Paulum curans, qui ne cuiquam facile manum imponamus vetat. at iste et Longibardiae duci taeniam et Saxonibus hisce coronam donabat. cum igitur Germaniae rex Henricus et papa copias coactas in acie collocassent, signo dato, concurrunt legiones atque ingens et diutinum coortum est proelium. nam tanta utrimque fortitudine pugnabatur atque hastae et tela adverso pectore excipiebantur, ut brevi tota pla-

πεδιάδα ὑπὸ τῶν αἱμάτων τῶν ἀπὸ τῶν φόνων ἐνθαλαττεύεσθαι καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἄνδρας ἐμπλέοντας τῷ πολλῷ λύθρῳ μάχεσθαι· ἔστιν ὅπου καὶ τοῖς νεκροῖς σώμασι συμποδιζομένους διαπίπτειν καὶ τῷ ποταμῷ τῶν αἱμάτων ἐμπνίγεσθαι. εἰ γὰρ ὑπὲρ τὰς τριάκοντα χιλιάδας ἄνδρες κατ' ἐκείνην τὴν μάχην, ὥς φασιν, ἐπεπτώκεισαν, πόσος ῥοῦς αἵματος κα- C
τερρύη, πόσον διάστημα γῆς τῷ λύθρῳ πεπάλακτο! εἶχον οὖν, ὡς οὕτως εἰπεῖν, ἴσας ὑσμίνῃ τὰς κεφαλὰς καὶ ἑκατέρα μερίς, ἕως ὁ τῶν Σαξόνων ἡγεμὼν Λαντοῦλφος διεῖπε τὸν πόλεμον. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος καιρίαν ἐβλήθη καὶ αὐτίκα τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν, ἔκλινεν ἡ φάλαγξ τοῦ πάπα καὶ τὰ νῶτα τοῖς ἐχθροῖς ἐδεδώκει, οὐκ ἀναιμάκτως, οὐδ' ἄνευ τραυμάτων φεύγοντες. ἔφεπε δὲ τούτους κλονέων ὁ Ἐνέριχος καὶ μάλα θαρρήσας τὴν μεταδίωξιν, ἐξότου καὶ τὸν Λαντοῦλφον ἐπύθετο πεπτωκότα καὶ πολεμίας χειρὸς ἔργον γεγενημένον. ἀλλ' ἔστη τοῦ δρόμου καὶ ἀναπνεῖν ἐπέταττε τὰ στρατεύματα. καὶ ἐξοπλισάμενος αὖθις ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἔσπευδε, πολιορκήσειν αὐτὴν προθυμούμενος. ἐνθύμιον ἐνταῦθα λαμβάνει ὁ πάπας τὰς συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους τοῦ Ῥομπέρτου καὶ διαπρεσβεύεται πρὸς αὐτόν, εἰς συμμαχίαν ἀποπειρώμενος. καὶ δὴ κατὰ ταὐτὸν καὶ ὁ Ἐνέριχος συμμαχίαν ἐζήτει πέμψας, κατὰ τῆς πρεσβυτάτης Ῥώμης ὁρμώμενος. ἀλλ' ἔδοξεν ἑκάτερος τότε Ῥομπέρτῳ λῆρος τοιαῦτα ἐπιζητῶν· ἐκεῖνος δὲ πρὸς μὲν τὸν ῥῆγα ἄλλον τρόπον καὶ ἀγράφως ἀπε-

6. ἐπεπτώκεσαν A. 7. γῆς om. G. 8. ὑσμήνῃ PG, recte A. 12. οὐκ ἀναιμάκτως: ἦσαν δ' οἱ αὐτοῦ οὐκ ἀναιμάκτως A. 16. τῷ στρατεύματι A.

nities sanguine redundaret, quique supererant milites multo cruore perfusi uiterentur: quin erant etiam, qui ad mortuorum cadavera prolapsi, sanguinis flumine submergerentur. nam si verum est quod dicunt, plus triginta millia hominum eo proelio cecidisse, quantum sanguinis profusum est, quantum campi spatium cruore inquinatum! sed ancipiti Marte ab utraque parte pugnabatur, quamdiu Ladulphus Saxonum dux suis praeerat; at ubi vulnere accepto animam statim efflavit, papae acies in fugam inclinatur, terga hostibus magna strage caedentibus. Henricus enim cognito, Ladulphum etiam occubuisse, persequebatur insistebatque alacriter; denique continuit suos et respirare iussit. ubi autem rursus ad bellum se paravit, ad oppugnandam Romam contendit. ibi papa foederis atque iurisiurandi Roberti memor, misit ad eum qui auxilia poscerent; eodem tempore etiam Henricus subsidia per legatos petiit, Romam veterem expugnaturus. sed utrosque Robertus irridens, regi quidem

κρίνατο, πρὸς δὲ τὸν πάπαν ἐπιστολὴν διεχάραξεν. εἶχε δὲ
D τὰ τῆς ἐπιστολῆς ὧδέ πως. "τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ καὶ κυρίῳ
μου Ῥομπέρτος δοὺξ ἐν θεῷ." τὴν γεγενημένην κατὰ σοῦ
τῶν ἐχθρῶν ἔφοδον διακηκοώς, οὐ πάνυ τι τῇ ἀκοῇ προσε-
θέμην, εἰδὼς ὡς οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντᾶραί σοι χεῖρας. 5
τίς γὰρ κατὰ τοσούτου πατρὸς ἐπιχειρήσειεν, εἰ μὴ μαίνοιτο;
ἐμὲ δὲ ἴσθι πρὸς πόλεμον βαρύτατον ἐξοπλιζόμενον καὶ πρὸς
P. 34 ἔθνος δυσκαταγώνιστον. Ῥωμαῖοι γὰρ εἰσι πρὸς οὓς ὁ πό-
V. 31 λεμος, οἳ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν τροπαίων ἐνέπλησαν. σοὶ
δὲ ἀλλ' ἀπὸ ψυχῆς βαθείας πίστιν ὀφείλω, ἣν καὶ καιροῦ 10
καλοῦντος παράσχοιμι." οὕτως ἐκεῖνος καὶ ἀμφοτέρων τῶν
εἰς συμμαχίαν καλούντων τοὺς πρέσβεις, τοὺς μὲν τῇ ἐπι-
στολῇ ταύτῃ, τοὺς δὲ πιθανοῖς τισὶ λόγοις διακρουσάμενος
ἀπεπέμψατο.

14. Ἀλλὰ μὴ παρῶμεν τὰ κατὰ Λογγιβαρδίαν αὐτῷ 15
διαπεπραγμένα πρὶν ἥκειν εἰς τὸν Αὐλῶνα σὺν τῷ στρατεύ-
ματι. ὁ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ἦν τυραννικὸς ἀνὴρ καὶ πικρό-
Β τατος, τότε δὲ καὶ Ἡρώδου μιμεῖται μανίαν. μὴ γὰρ ἀρ-
κούμενος τοῖς ἀνέκαθεν ἐστρατευμένοις ἀνδράσι καὶ πρὸς μά-
χην ἐπισταμένοις ὁπλίζεσθαι, νεοσύλλεκτον ποιεῖται στράτευ- 20
μα, μηδεμιᾶς φειδόμενος ἡλικίας· ἀλλὰ καὶ τὴν ἔξωρον καὶ
τὴν ἄωρον πανταχόθεν συναγηοχὼς Λογγιβαρδίας τε καὶ
Ἀπουλήϊας εἰς ἑαυτὸν ἐφειλκύσατο. καὶ ἦν ἰδεῖν καὶ παῖδας

3. δοὺξ : ῥὴξ A. 7. ἐξοπληξόμενον P. 10. ἀλλ' om. G.
23. ἀφειλκύσατο P.

alio modo nec per litteras respondit; papae autem epistolam misit, quae his fere verbis conscripta erat. "summo pontifici et domino meo Robertus dux in deo. incursionem in te hostium fieri cum audirem, diu famae fidem non habui. quippe mihi persuasum erat, neminem ausurum in te insurgere. quis enim, nisi furore amens, arma adversus tantum patrem capiat? me vero scias gravissimum apparare bellum cum gente fortissima. etenim cum Romanis mihi res est, qui terras et maria omnia trophaeis impleverunt. tibi autem fidem ex intimo animo me debere profiteor, quam, cum opus erit, praestabo." sic utrumque auxilia petentem, alterum hisce litteris, alterum verborum fallaciis elusit.

14. Sed ne omittamus, quae in Longibardia gessit, antequam Aulonem cum exercitu traiiceret. is enim cum alioquin animo imperioso et saevo esset, tum vero Herodis immanitatem aemulatus, quoniam milites veterani armorumque periti non sufficerent, in novo delectu habendo nulli plane aetati pepercit, sed emeritos aeque atque immaturos per universam Longibardiam et Apuliam in militiam coegit.

καὶ μειρακίσκους καὶ γέροντας ἀνθρώπους οἰκτρούς, οἳ μηδ' ὅσον ἐν ὀνείροις ὅπλον ἐθεάσαντο, τότε δὴ ἐνδεδυμένους θώρακα καὶ ἀσπίδα κρατοῦντας καὶ τόξον ἀφυῶς πάντη καὶ πλημμελῶς τείνοντας καὶ κατὰ στόμα πίπτοντας, ἐπειδὰν βαδίζειν ἔξῃν. ταῦτα δὴ ταῦτα θορύβου μὲν πρόφασις ἦσαν C τῇ χώρᾳ Λογγιβαρδίας ἀκαταπαύστου, καὶ πανταχοῦ κλαυθμὸς ἀνδρῶν καὶ ὀλολυγμὸς γυναικῶν, καὶ ἐμεριζετο ταύταις τὰ τῆς συγγενείας. ἡ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀστράτευτον ἄνδρα ἐθρήνει, ἡ δὲ ἀπειροπόλεμον παῖδα, ἄλλη δὲ ἀδελφὸν γεωργὸν ἢ πρὸς ἄλλα ἔργα ἠσχολημένον. καὶ ταῦτα μὲν ἄντικρυς, καθάπερ εἶπον, μανίας ἦσαν Ἡρῴδου ἢ καὶ πλέον Ἡρῴδου. ἐκεῖνος μὲν γὰρ κατὰ τῶν βρεφῶν ἐμεμήνει μόνον, οὗτος δὲ καὶ κατὰ παίδων καὶ πρεσβυτέρων. ἀλλὰ καίπερ οὕτως ἐχόντων τούτων ἀνασκήτως, ὡς οὕτω γε φάναι, ἐγύμναζέ τα καθ' ἡμέραν ἑκάστην καὶ συνεκρότει τὰ τῶν νεοσυλλέκτων D σώματα. ταῦτα μὲν ἐν Σαλέρνῳ συνεπεπτώκει Ῥομπέρτῳ, πρὶν εἰς Ὑδροῦντα παραγενέσθαι. ἐκεῖσε γὰρ προεξέπεμψε στράτευμα ἱκανώτατον, αὐτὸν ἀπεκδεχόμενον, ἐπειδὰν ἅπαντα καταστήσειε τὰ κατὰ τὴν χώραν Λογγιβαρδίαν καὶ πρὸς τοὺς πρέσβεις τὰς προσηκούσας ἀποκρίσεις ποιήσαιτο. τοσοῦτον μέντοι τῷ πάπᾳ προσέθετο, ὅτε τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ῥογέρῃ, ὃν Ἀπουληΐας ἁπάσης κεχειροτόνηκεν ἄρχοντα καὶ Βο-

9. γεωργὸν A, νέον PG. 10. καὶ add. G. 14. ἀνασκήτως A, ἀνασκέπτως PG. οὕτως P. 16. σωμάτων G. 17. Ἰδροῦντα GA. 21. ὅτι? 22. ἄρχοντα om. G. Λοριτύλαν τὸν ἀδελφιδοῦν coni. Ducangius.

ibi cerneres et pueros et adolescentulos et senes miseros, qui ne per somnium quidem arma viderant, lorica indutos gestare clypeum arcumque inscite prorsus et imperite tendere ac, si ingredi oporteret, corruere. ea res, dici non potest, quanto luctu Longibardiam compleverit; ubique virorum fiebant fletus et lamentationes mulierum, suorum fortunam miserantium, audiebantur. alia enim maritum emeritum, alia belli rudem puerum, alia fratrem agro colendo aut aliis negotiis occupatum ad signa cogi conquerebatur. haec sane, ut dixi, crudelitas erat Herodis vel etiam Herode maior. siquidem ille in pueros tantum saeviit, hic et in pueros et in senes grassabatur. qui licet ita se haberent, ut nihil exercitatione profici posse videretur, tamen quotidie recens scriptos milites exercuit ac bello idoneos reddidit. haec Salerni gessit, priusquam Hydruntem se conferret. ibi enim satis magnus exercitus, quem praemiserat, subsidere iussus erat, donec ipse Longibardiae res ordinasset et legatis, quae oporteret, respondisset. ceterum papae catenus rationem habuit, ut Rogerio filio et Bo-

ριτύλαν τὸν ἀδελφόν, ἐπέσκηψεν, ἐπειδὰν ὁ τῆς Ῥώμης θρόνος πρὸς βοήθειαν αὐτοὺς προσκαλοῖτο κατὰ τοῦ Ἑνερίχου ῥηγός, προθυμότατα πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι καὶ τὴν δυνατὴν εἰσενεγκεῖν συμμαχίαν. τὸν μέντοι Βαϊμοῦντον, τὸν νεώτερον τῶν υἱέων αὐτοῦ καὶ κατὰ πάντα παρεμφερῆ τῷ πατρὶ καὶ τόλμαν καὶ ῥώμην καὶ γενναιότητα· καὶ θυμὸν ἀκατάσχετον, (ὅλως γὰρ οὗτος τοῦ πατρὸς ἀποσφράγισμα ἦν καὶ τῆς ἐκείνου φύσεως ἔμψυχον ἐκμαγεῖον,) μετὰ βαρυτάτου στρατεύματος ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀποστέλλει χωρίοις, τοῖς ἀμφὶ τὸν Αὐλῶνα τόποις ἐπιπηδήσοντα. ὁ δὲ αὐτίκα ξὺν ἀπειλῇ καὶ ἀκατασχέτῳ ῥύμῃ καθάπερ τις ἐπιρρυεὶς κεραυνὸς τῶν τε Κανίνων καὶ Ἱεριχὼ καὶ τοῦ Αὐλῶνος παντὸς ἐπελάβετο καὶ ἀεί τι τὰ ξυμπαρακείμενα ᾕρει καὶ ἐπυρπόλει μαχόμενος. καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς πρὸ τοῦ πυρὸς καπνὸς δριμύτατος καὶ πρὸ τῆς μεγάλης πολιορκίας πολιορκίας προοίμιον. βρούχους ἄντικρυς καὶ ἀκρίδας εἶπεν ἄν τις αὐτούς, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν· τὰ γὰρ κατάλοιπα Ῥομπέρτου ὁ τούτου υἱὸς Βαϊμοῦντος προσεπενείματο καὶ κατέφαγεν. ἀλλὰ μήπω γε τοῦτον εἰς τὸν Αὐλῶνα διαπεράσωμεν· προσεξεταζέσθω δὲ τὰ κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἤπειρον αὐτῷ πεπραγμένα.

15. Ἀπάρας γὰρ ἐκεῖθεν γίνεται κατὰ τὸν Ὑδροῦντα, εἶτ' ἐκεῖθι διαχαρτερήσας ὀλίγας ἡμέρας καὶ τὴν γυναῖκα

4. Βαϊμοῦνδον A. 8. ἔμφυλον P. 11. τῷ ἀκατασχέτῳ P. 12. Καννίνων A. 16. ἄντικρυς add. A. 19. προεξεταζέσθω coni. Diesterweg.

ritylae fratri, quos universae Apuliae praefecerat, mandaret, si pontifex Romanus auxilia adversus Henricum regem flagitaret, promptissime succurrerent et quantum possent opitularentur. Boëmundum autem filium natu minorem, qui patri simillimus erat et audacia et robore et fortitudine et animo effrenato, (omni enim ex parte hic patrem referebat et ingenii illius quasi viva imago erat,) hunc igitur cum validissimo exercitu in fines nostros praemiserat, ut regionem circa Aulonem vexaret. is minitabundus et fulminis instar impetu haud sustinendo irruens, Canina et Hiericho Aulonemque adeo universum occupat, dum igni ferroque regiones adiacentes vastat. erat re vera ignis secuturi fumus molestissimus et imminentis oppugnationis magnae quasi exordium. ac filium patremque apte quis brucho et locustae comparaverit; nam quae intacta Robertus reliquerat, ea filius eius Boëmundus absumsit et comedit. sed priusquam Robertum traiiciamus Aulonem, pergamus in enarrandis iis, quae in adversa continente gessit.

15. Salerno igitur profectus, Hydruntem venit, ubi cum paucos dies

Γαΐταν ἀπεκδεχόμενος, (καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ξυνεστράτευε τῷ ἀνδρὶ καὶ χρῆμα ἦν ἡ γυνὴ φοβερόν, ἐπειδὰν ἐξοπλίσαιτο,) ὡς ἐνηγκαλίσαιτο ταύτην ἐπελθοῦσαν, ἄρας ἐκεῖθεν πάλιν ὅλῳ στρατεύματι τὸ Βρεντήσιον καταλαμβάνει· ἔστι δὲ τοῦτο ἐπίνειον τῆς ὅλης Ἰαπυγίας εὐλιμενώτατον. ἐνταῦθα δὲ καταπτὰς ἐκαραδόκει τε τὸ στράτευμα πᾶν ἐνταῦθα συναθροισθῆναι καὶ τὰς νῆας ἁπάσας, ὅσαι τε φορτίδες ἦσαν καὶ ὅσαι μακραὶ καὶ πολεμιστήριοι· ἐκεῖθεν γὰρ ἐπὶ τάδε τὸν C ἀπόπλουν εὐδόκει ποιεῖν. καὶ ἅμα ὁπόταν κατὰ τὴν Σάλερνον ἦν, πρέσβυν ἐξαποστέλλει τινὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν μεγιστάνων Ῥαοὺλ ἐπονομαζόμενον πρὸς τὸν βασιλέα Βοτανειάτην, ἤδη μετὰ τὸν αὐτοκράτορα Δούκαν τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένον· ἐκαραδόκει καὶ τούτου τὰς ἀποκρίσεις. αὐτῷ τε γὰρ ἐπεπόμφει μέμψεις τινὰς καὶ προφάσεις δῆθεν εὐλόγους τοῦ προκειμένου πολέμου, ὅτι τὴν θυγατέρα μνηστευθεῖσαν τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, τὴν μὲν ἀπέζευξε τοῦ νυμφίου, τοῦ δὲ τὴν βασιλείαν παρείλετο, καὶ ὡς ἠδικηκότος πρὸς ἄμυναν αὐτὸς εὐτρεπίζοιτο. τῷ δὲ τηνι- D καῦτα μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ ἐξάρχῳ τῶν δυτικῶν στρατευμάτων (οὗτος δ' ἦν ὁ ἐμὸς πατὴρ Ἀλέξιος) δῶρά τέ τινα ἐπεπόμφει καὶ γράμματα φιλίαν ἐπαγγελλόμενα. ταῦτα καραδοκῶν ἠτρέμει τῷ Βρεντησίῳ. ἐπεὶ δέ, μήπω τῶν στρατευμάτων συλλεγέντων ἁπάντων καὶ τῶν νηῶν ἁπωσθεισῶν

1. αὐτῇ P. 11. ὀνομαζόμενον G. 23. ἀπωθεισῶν PG, correxi.

commoratus esset, uxorem Gaïtam exspectans, (nam et ipsa maritum in bellum comitabatur, et cum arma induisset, horrenda sane res haec mulier erat,) hanc igitur advenientem postquam amplexatus est, omnibus copiis Brundusium movit, qui est portus universae Iapygiae commodissimus. quo cum celeriter descendisset, exspectabat, donec universus eodem exercitus navesque omnes tam onerariae quam longae et bello idoneae convenirent; inde enim traiicere in has terras constituerat. simul etiam, Salerni etiam tum degens, legatum miserat unum quendam ex nobilibus, Raulum nomine, ad imperatorem Botaniatem, qui expulso Duca rerum potitus erat: eius igitur responsa itidem exspectabat. imperatori enim ut belli suscipiendi causas, satis scilicet probabiles, indicaret, Raulum Cpolin questum miserat, quod filiam suam, quam imperatori Constantino desponsatam supra docuimus, orbaverit sponso, Constantino autem imperium abstulerit: ad quas iniurias ulciscendas se iam paratum esse. praeterea magno tunc temporis domestico et copiarum Occidentalium duci, qui pater meus Alexius erat, munera miserat cum litteris, quibus de amicitia eidem pollicebatur. utriusque

τῶν πλειόνων εἰς θάλασσαν, ἦκε Βυζαντόθεν καὶ ὁ Ῥαοὺλ μηδεμίαν ἀπόκρισιν πρὸς τὰ μεμηνυμένα ἐπενεγκών, εἰς θυμὸν ἀνερρίπισε πλέω τὸν βάρβαρον, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ δικαιολογίας ἥπτετο πρὸς τοῦτον τοιαύτης τῶν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πολέμων ἀπαγούσης. πρῶτα μὲν ὅτι ὁ ἐφεπόμενος
P. 30 αὐτῷ μοναχὸς ὑποκριτής ἐστι καὶ γόης ἀνὴρ καὶ ὑποδύεται τὸν αὐτοκράτορα Μιχαήλ, καὶ ὅλως πλάσμα ἐστὶ τὸ κατ' αὐτόν. ἐκεῖνον γὰρ ἰδεῖν φησὶ μετὰ τὴν ἀπὸ θρόνου καθαίρεσιν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει φαιὸν ἐνδεδυμένον τριβώνιον καὶ ἐν μοναστηρίῳ διάγοντα, ἐπιμελὲς ποιησάμενος τὸ αὐταῖς ὄψεσι τὸν καταβεβλημένον βασιλέα θεάσασθαι. ἔπειτά προσετίθει καὶ τοῦτο, ὃ καὶ κατὰ τὴν ὑποστροφὴν συμπεπτωκὸς ἠκηκόει. ὁ γὰρ ἐμὸς πατὴρ τῆς βασιλείας ἐπιδραξάμενος, ὡς ὕστερον διηγήσομαι, τὸν Βοτανειάτην τῶν βασιλείων ἐξή-
B λασε καὶ τὸν τοῦ Δούκα υἱὸν τὸν περιφανέστατον Κωνσταντῖνον ἐκεῖνον ἐν τοῖς ὑφ' ἥλιον προσηκάμενος, μετεδίδου αὖθις τῆς βασιλείας. τοῦτο κατὰ τὴν ὁδὸν ἀκηκοὼς ὁ Ῥαούλ, εἰς πειθὼ καὶ ταῦτα προσῆγε, παραλύειν πειρώμενος τὴν τοῦ πολέμου σκευήν. "τίνι γὰρ δικαίῳ λόγῳ πρὸς Ἀλέξιόν" φησι "πολεμήσομεν, τοῦ Βοτανειάτου τὰς ἀρχὰς δεδωκότος τῆς ἀδικίας καὶ τὴν θυγατέρα τὴν σὴν Ἑλένην τῶν Ῥωμαϊκῶν σκή-

1. ὁ om. G. 4. τῶν: τοῦ P. 5. lege ἀπαδούσης. 6. ἀποδύεται G. 8. φημὶ G. 10. ποιησάμενον G. 14. ἐξήλασεν P.

igitur responsa exspectans, Brundusii morabatur. ubi vero, nondum copiis omnibus collectis et navibus plerisque deductis, Byzantio reversus Raul nullum ad mandata responsum retulit, magis etiam iram barbari acuit, praesertim cum absurdas illas rationes, quibus ad probandam belli cum Romanis aequitatem utebatur, adversus ipsum exagitaret. primum, quem secum haberet monachum, simulatorem esse et hominem fraudulentum, qui imperatoris Michaelis personam subierit, ac totam rem merum commentum esse. nam Michaelem illum, amisso regno, pulla indutum veste et in monasterio degentem, vidisse se Cpoli, cum sedulo id egisset, ut suis ipse oculis imperatorem regno pulsum conspiceret. his addidit, quod, cum domum rediret, accidisse audierat. pater enim meus, exacto Botaniate, ut infra narrabimus, rerum potitus, Constantinum Ducae filium, omnium, quos terra sustinuit, illustrissimum arcessiverat regnique rursus participem fecerat. quae cum in reditu Raul accepisset, his quoque usus est, ut persuaderet Roberto eumque a bello apparando abduceret. "nam quo, inquit, iure Alexio bellum inferemus, cum Botaniates auctor fuerit iniuriae et filiam tuam Helenam imperio Romano privaverit?

πτρων ἀποστερήσαντος; τὰ γὰρ παρ' ἄλλων εἰς ἡμᾶς γινόμενα, οὐκ ἂν ἑτέροις τοῖς μὴ προσκεκρουκόσι κατὰ δίκην ἐνέγκοι πόλεμον. μὴ ἔχοντος δὲ τοῦ πολέμου δικαίαν πρό- C
φασιν, τὰ ξύμπαντα φροῦδα, καὶ νῆες καὶ ὅπλα καὶ ἄνδρες καὶ παρασκευὴ πᾶσα πολεμιστήριος." ταῦτα ῥηθέντα ἐξώργισεν ἐπὶ πλέον Ῥομπέρτον· ἐμεμήνει γὰρ καὶ ἔμελλε τῷ χεῖρε τούτῳ ἐπιβαλεῖν. ἐκ θατέρου δὲ καὶ ὁ πεπλασμένος ἐκεῖνος Δούκας V. 33
καὶ ψευδοβασιλεὺς Μιχαήλ, ὃν καὶ Ῥαίκτωρα ὠνομάκαμεν, ἐσχετλίαζέ τε καὶ ἐδυσφόρει καὶ οὐκ εἶχεν, ὅπως κατάσχοι τὴν ὀργήν, οὕτω σαφῶς ἐξελεγχόμενος, ὡς οὐκ εἴη βασιλεὺς ἐκεῖνος ὁ Δούκας ἀλλὰ ψευδεπίπλαστος βασιλεύς. ὧν δὲ καὶ ἄλλως ἐξοργισμένος ὁ τύραννος κατὰ τοῦ Ῥαούλ, τοῦ ἀδελ- D
φοῦ Ῥογέρη πρὸς Ῥωμαίους αὐτομολήσαντος καὶ διαμεμηνυκότος ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν παρασκευαζόμενον πόλεμον, ἠβουλήθη κακόν τι δρᾶσαι τῷ Ῥαούλ, τὸν παραυτίκα θάνατον ἀπειλήσας. ὁ δὲ μηδ' ὅλως πρὸς τὴν φυγὴν ἐρραθυμηκώς, πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον ἐδραπέτευσεν, ὥσπερ τι κρησφύγετον ἐκ τοῦ σχεδὸν αὐτὸν ἐφευράμενος. ἐτραγῴδει δὲ καὶ ὁ Ῥαίκτωρ τὰς παλαμναιοτάτας ἀπειλὰς τἀδελφῷ τοῦ Ῥαοὺλ τῷ πρὸς Ῥωμαίους αὐτομολήσαντι, μεγάλα τε κεκραγὼς καὶ τὸν μηρὸν τῇ δεξιᾷ πλήττων καὶ ἐξαιτούμενος τὸν Ῥομπέρτον καὶ λέγων "ἓν τοῦτο καὶ μόνον αἰτῶ, ὡς εἰ τῆς βασιλείας ἐπιδραξαίμην καὶ ἀποκατασταίην τοῖς θρόνοις, παραδοῦναί μοι τὸν Ῥογέρην, καὶ εἰ μὴ τοῦτον οἰκτίστῳ θανάτῳ παραδοίην

9. ἐσχειλιάζετο καὶ G. 15. δράσας P. 22. ἐπιδραξοίμην P.

etenim propter aliorum in nos commissa, iniuste agas, si eos, qui nihil offenderunt, bello persequi velis. iniusto autem bello suscepto, vereor, ne cuncta perdideris, et naves et arma et viros et totum apparatum belli." quibus dictis, Robertus ira magis etiam incensus, adeo furebat, ut paene vim ei inferret. ab altera parte falsus ille Ducas et Pseudomichael, quem etiam Raectorem diximus, graviter ferre, indignari, nec habere, quo iracundiam reprimeret, quippe luculentissimo testimonio fraudis convictus. cumque Robertus etiam eam ob causam in Raulum exacerbatus esset, quod eius frater Rogerius ad Romanos transfugerat omnemque belli rationem prodiderat, gravi eum illico poena afficere voluit ac necem minatus est. at ille nequaquam ad fugam segnis, ad Boëmundum se tanquam in asylum proripuit. iactabat etiam Raector in Rauli fratrem, qui ad Romanos transfugerat, minas horrendas nec sine magna vociferatione, femur manu tundens, "id unum" Robertum appellans inquit "expeto, simul imperium adeptus inque regnum restitutus fuero, Rogerium

αὐτίκα ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἀνασταυρώσας, τάδε καὶ τάδε πεί-
P. 37 σομαι ἐκ Θεοῦ." ἀλλὰ μεταξὺ τῶν διηγήσεων τούτων γελᾶν
ἔπεισί μοι τοὺς ἄνδρας τούτους καὶ τῆς ἀπονοίας καὶ τῆς
κουφότητος, μᾶλλον δὲ τῆς κατ' ἀλλήλων ἀλαζονείας. ὁ μὲν
γάρ τοι Ῥομπέρτος πρόφασιν εἶχε τὸν ἀπατεῶνα τοῦτον καὶ
δέλεαρ καὶ οἷόν τι πρόσχημα τοῦ συμπενθέρου καὶ βασιλέως,
καὶ διεδείκνυ τοῦτον ταῖς πόλεσι καὶ πρὸς ἀποστασίαν ἐπῆ-
ρεν, ἐφ' οὓς ἂν παραγένοιτο καὶ συμπείθειν ἠδύνατο, ἐν νῷ
ἔχων, ἐπειδὰν κατὰ ῥοῦν αὐτῷ τὰ τοῦ πολέμου καὶ τῆς τύχης
ἐπέλθοι, ἐπὶ τοῦ τραχήλου ῥαπίσας ἀποπέμψαι σὺν γέλωτι·
μετὰ γὰρ τὴν θήραν καταγελᾶται τὸ δέλεαρ. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς
B ἐλπίσιν ἠπατημέναις ἐτρέφετο, εἴ που συμβαίη καὶ μετάσχοι
κράτους τινός, οἷα φιλεῖ πολλάκις γίνεσθαι παραλόγως. ἀλλ'
ἐκεῖνος μὲν τῆς βασιλείας ἀπριξ ἐπιδράξοιτο, ὡς οὐκ ἂν τὸν
βάρβαρον Ῥομπέρτον προσηκαμένου εἰς βασιλείαν τοῦ Ῥωμαϊ-
κοῦ δήμου καὶ τοῦ στρατεύματος, αὐτῷ δὲ τῷ τέως ἀποχρῷτο
καθάπερ ὀργάνῳ εἰς τὴν ὅλην τῆς σκευωρίας οἰκονομίαν.
ταῦτα ἐνθυμουμένῃ μοι μειδιᾶν ἐπέρχεται καὶ γέλως ἐπιτρέ-
χει τοῖς χείλεσι πρὸς λύχνον ἐπισυρούσῃ τὸν κάλαμον.

16. Ὁ μέντοι Ῥομπέρτος πᾶσαν δύναμιν συναγηοχὼς
κατὰ τὸ Βρεντήσιον τάς τε ναῦς αὐτῷ καὶ τοὺς στρατιώτας,
C (αἱ μὲν γὰρ νῆες εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα συνηρίθμηντο,

5. εἶχεν P. 6. καὶ οἷόν : εἰς οἷόν G. 9. ἐπειδὴ P. 19. ἐπισυροῦσι P.

mihi dedas, quem nisi cruci media in urbe suffixum acerbissima morte afficiam, quidvis a deo perpeti paratus sum." quae dum narro, ridere subit homines istos eorumque amentiam et levitatem, vel potius iactantiam, qua sibi invicem illudebant. nam Robertus fraudulentum monachum arcessiverat, ut belli praetextum haberet eoque uteretur tanquam esca et simulacro quodam consoceri atque regis. ostentabat eum per urbes, et ad seditionem commovebat quoscunque adiit et inducere potuit, si prospere bellum successisset, praecipitem eum ignominiose ac cum ludibrio abacturus; nam venatione finita, esca proiici solet. ipsum falsa spe lactabat, fore ut potentiam aliquam consequeretur; qualia plerumque evenire solent inopinato. at ille prorsus non dubitabat, quin regni potiretur. nam barbarum Robertum nullo modo ad imperium a populo exercituque Romano admissum iri; ceterum Roberto veluti instrumento ad consiliorum suorum fraudem perficiendam utebatur. quae cum considero, risus mihi oboritur vultuque diffunditur, ad lucernam haec exaranti.

16. Robertus igitur cum Brundusii omnes et naves et milites coegisset, (naves erant ad centum quinquaginta numero, militum

alius quispiam ex iis, qui subiecti sunt sententiamque tantum non exspectant, quam iudices pronuntiaturi sunt. confitetur cuncta, non suasionem, non approbationem, non rem gestam, non causam eorum, quae facta erant, praeteriens; sed omnibus cum timoris et fidei significatione expositis, ut vulneri mederentur, obnixe rogavit et se poena afficiendum dedit. illi non ipsum solum, verum etiam consanguineos et qui defectionis socii fuerant, iisdem omnes piaculis subiiciunt, ieiunio, humi cubatione et quae cum his coniungi solent ad placandum deum, praescriptis. nec illi poenam detrectant, sed libenter perferunt; quin ipsae eorum coniuges impune esse noluerunt. qui enim sustinerent, cum maritorum amantes essent? sponte igitur poenitentiae iugum subiere. itaque palatium eo tempore lacrimis plenum cerneres et luctu, non illo quidem ignavo ac vituperabili, animi abiecti imbecillitatem prodente, sed honesto gaudiumque procurante coelesto nec unquam interiturum. imperator autem, qua erat pietate, ultra progressus, sub purpura saccum ipsi corpori adhaerentem ge-

νυχθημέροις. ἐν δὲ ταῖς νυξὶ χαμεύνης ἔκειτο ἐπὶ πέτρας μόνον ἀνέχων τὴν κεφαλὴν καὶ πενθῶν ὡς εἰκος. εἰθ' οὕτως τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων ἁγναῖς ἅπτεται χερσίν.

6. Οἰακοστρόφον δὲ μᾶλλον ἑαυτοῦ τὴν μητέρα ἱμειρόμενος εἶναι, τὴν βουλὴν ὑποβρύχιον τέως εἶχε, δεδιὼς μὴ τοῦ τοιούτου γνωσθέντος αὐτῇ λογισμοῦ, καὶ τῶν βασιλείων ἐξέλθοι, πρὸς ὑψηλότερον βίον γινώσκων αὐτὴν ἀποβλέπουσαν. ἐν πᾶσι μὲν οὖν τοῖς προσπίπτουσι βουλῆς αὐτῆς ἄτερ μηδὲ τὸ τυχὸν ἦν ἐνεργῶν, ἀλλὰ κοινωνὸν εἶχε τῶν βουλευμάτων ὁμοῦ καὶ συλλήπτορα τὴν μητέρα, καὶ καταμικρὸν ὑφέρπων αὐτῇ καὶ κοινοποιούμενος τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν, καί που καὶ φανερῶς ἐνδεικνύμενος, ὡς ἄτερ τῆς ἐκείνης φρενὸς καὶ γνώμης ἀπολεῖται τῆς βασιλείας τὰ πράγματα. οὕτως εἶχε καὶ ξυνεδέσμει πλέον ἑαυτῷ τὴν μητέρα καὶ τοῦ κατὰ σκοπὸν ἀπεῖργε καὶ ἀπεκώλυεν. ἡ μὲν γὰρ πρὸς σταθμὸν ἀπέβλεπεν ἔσχατον καὶ μονὰς διενοεῖτο, ἐν αἷς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον μετ' εὐφρονος λογισμοῦ ἑλκύσει τοῦ βίου. καὶ ταῦτ' ἐνόει καὶ ἑαυτῇ διὰ παντὸς ἐπηύχετο τεύξασθαι. ἀλλ' εἰ καὶ τοιαῦτα κατὰ νοῦν συνδιεσκοπεῖτο καὶ ὅλως πρὸς ὑψηλότερον ἐνητένιζε βίον, ἀλλ' ἦν γε καὶ φιλόπαις, εἴπερ τις ἄλλη γυνή, καί πως ἠβούλετο συνδιενεγκεῖν μετὰ τοῦ υἱοῦ

1. νυχθημέρους G. χαμευνήσας A. πέτρης A. 2. τῆς κεφαλῆς A. 4. τὴν ἑαυτοῦ μητέρα A. ἱμειρόμενος P, βουλόμενος CGA. 7. ἐξελθεῖν A. 8. τοῖς : τῆς P. 9. τυχὸν ἐνεργῶν, ταῦτ' ἐννοῶν, κοινωνὸν A. 10. βουλημάτων P, alterum GA. τὴν μητέρα om. C. 14. ἑαυτοῦ CG. 20. γε om. G. καὶ αὐτὴ φιλόπαις A. 21. καί πως : ὅπως A.

stabat per dies noctesque quadraginta. noctu autem humi cubabat, lapide tantum caput fulciens, lugebatque, ut par erat. atque sic demum rem publicam puris manibus capessivit.

6. Sed cum percuperet, ut potius quam ipse mater rei publicae gubernacula tractaret, tamen id consilium tum quidem clam habuit, veritus, ne si mentem suam illa cognosset, etiam palatio egrederetur, quippe quam dudum de altiori vita cogitare sciret. in omnibus igitur, quae accidebant, ne quotidiana quidem, ea inconsulta, conficiebat, imo consiliorum participem atque adiutricem matrem habebat, cum et paulatim obreperet rerumque administrationem cum ea communicaret, et interdum etiam aperte profiteretur, sine illius mente atque consilio imperii res pessum ituras. sic arctiori secum vinculo coniunctam eam tenebat et a consilio perficiendo abstrahebat arcebatque. appetebat enim stationem ea ultimam et monasteria cogitabat, ubi reliquum vitae tempus quieto transigeret animo. ad id animum appulerat, et ut sibi contingeret, assidue precabatur. sed licet tale consilium agitaret

τὸ τῆς βασιλείας κλυδώνιον, καὶ οὐριοδρομοῦσαν τὴν ναῦν
ἢ καὶ παντα χόθεν βαλλομένην τοῖς κύμασιν ὡς ἄριστα οἰακο-
P. 83 στροφεῖν, καὶ μάλιστα τοῦ παιδὸς ἄρτι ἐπὶ τὴν πρύμναν
καθίσαντος καὶ τῶν οἰάκων ἐφαψαμένου καὶ μήπω πρώην
θαλάττῃ καὶ κύμασι καὶ ἀνέμοις ὁμιληκότος τοιούτοις. ταῦτα
δὲ λέγουσα, τὴν τῆς βασιλείας αἰνίττομαι πολυμερῆ καὶ πο-
λυτάραχον ὄχλησιν. τὸ τοίνυν μητρῷον πάθος κατεῖχεν αὐτήν,
καὶ συνδιεκυβέρνα τῷ υἱῷ καὶ βασιλεῖ, καὶ τὰς ἡνίας ἔστιν
ὅπου καὶ μόνη παραλαβοῦσα, ἀπροσπταίστως τε καὶ ἀναμαρ-
τήτως τὸ ἅρμα τοῦ κράτους ἤλαυνεν· ἦν γὰρ καὶ φρενήρης
ἄλλως καὶ βασίλειος γνώμη αὐτόχρημα καὶ θρόνων κατόρθω-
B σις· ἀνθεῖλκε δὲ ταύτην ἐκ θατέρου καὶ ὁ πόθος ὁ πρὸς
θεόν. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν Αὔγουστον μῆνα ἐπινεμήσεως τῆς
αὐτῆς ἔτι τρεχούσης ἡ τοῦ Ῥομπέρτου διαπεραίωσις τοῦτον
ἐξελθεῖν κατηνάγκαζεν, εἰς φῶς ἤδη καὶ ἔργον τὸ τῆς ψυχῆς
ἐννόημα ἐξάγων, τὴν αὐτοκράτορα διοίκησιν τῇ μητρὶ καὶ
μόνῃ ἀπεκληρώσατο, καὶ διὰ χρυσοβούλλου λόγου τὰ βεβου-
λευμένα εἰς προῦπτον πᾶσι κατέστησεν. ἐπεὶ δὲ τὸν ἱστορίαν
συγγράφοντα οὐ παχυμερῶς τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν πράξεις
καὶ τὰ θεσπίσματα παραπέμπειν χρή, ἀλλὰ τὰς μὲν κατα-
C λεπτύνειν, ὡς ἐνόν, τὰ δ' ἐκείνοις δεδογμένα ἐκτίθεσθαι, εἶμι

2. οἰακοστροφῶν P. 6. πολυμερῆ PA, πολύτεχνον CG. πο-
λυτάραχον CGA, πολυτάρακτον P. 13. τῆς αὐτῆς ἐπινεμή-
σεως A. 16. αὐτοκρατορίας A. καὶ μόνῃ : ἄννῃ A.
17. χρυσοβουλλίου A. 18. κατέστησεν. ἀλλὰ τὰς τοῦ γραφέως
μόνον κομψείας ὡς εἶχεν, εἶμι καὶ αὐτὴ τὰ τοῦ ῥηθ. χρυσοβουλ-
λίου ἐκθησομένη A. 21. εἶμι P.

animumque ad altiorem vitam penitus applicuisset, tamen eadem erga liberos erat pia, si quae alia femina, atque una cum filio imperii procellas sustinere, et secundo vento navem actam vel etiam fluctibus undecunque iactatam quam optime gubernare volebat, praesertim cum filius modo in puppi consedisset et prehendisset clavum, nondum maris fluctibus procellisque eiusmodi assuetus. ea cum dico, imperii significo multiplices et perincommodas molestias. evicit igitur maternus amor, ut una cum filio imperatore rem publicam gubernaret atque adeo sola interdum imperii quasi currum, habenis prehensis, regeret inoffenso ac prospero cursu: erat enim cum sapienti, tum regio plane animo, et reguis nata administrandis: sed ex altera parte etiam dei amor eam trahebat. cum autem mense Augusto, eadem adhuc indictione, Roberti traiectio Alexium urbe exire cogeret, patefecit iam animi consilium atque ad effectum perduxit. summum enim imperium matri soli commisit idque, bulla aurea edita, in publicum pronuntiavit. quoniam autem eum, qui historiam conscribit, clarorum

καὶ αὐτὴ τοῦτον τὸν τρόπον τὰ τοῦ ῥηθέντος χρυσοβούλλου ἐκθησομένη, τὰς τοῦ γραφέως μόνον κομψείας περιελοῦσα. ἔχει δὲ οὕτως. "οὐδὲν ἰσοστάσιον μητρὸς συμπαθοῦς καὶ V. 70
φιλόπαιδος, οὔτε ταύτης ἰσχυρότερον φυλακτήριον, κἂν κίν- D
δυνος προορᾶται, κἂν ἄλλο τι τῶν ἀπευκταίων ἐλπίζοιτο. εἰ γὰρ βουλεύσεται αὕτη, πάγιον ἔσται τὸ βούλευμα, εἰ ἐπεύξεται, στήριγμα ἔσονται αἱ εὐχαὶ καὶ φύλακες ἀκαταγώνιστοι. τοιαύτη γοῦν καὶ τῇ βασιλείᾳ μου ἐφάνη ἐξ αὐτῆς τῆς ἀτελοῦς ἡλικίας πρακτικῶς ἡ ἡγιασμένη μήτηρ αὐτῆς καὶ δέσποινα, τὰ πάντα μοι γεγοννῖα καὶ τροφὸς καὶ ἀγωγός. καὶ γὰρ τῷ συγκλητικῷ καταλόγῳ αὐτῆς συνούσης, μητρὸς πόθος προέδραμε, καὶ υἱοῦ πίστις ἀκεραία συνετηρήθη. μία ψυχὴ P. 84
ἐν διῃρημένοις σώμασιν ἐγνώσθη καὶ χάριτι Χριστοῦ καλῶς διετηρήθη μέχρι τοῦ νῦν. οὐ τὸ ἐμὸν ἢ τὸ σόν, τὸ ψυχρὸν τοῦτο ῥῆμα, ἐρρήθη, καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι αἱ αὐτῆς εὐχαὶ τὸν πάντα χρόνον πληθυνόμεναι εἰς τὰ ὦτα κυρίου εἰσέδυσαν καὶ εἰς τόδε τὸ ὕψος τῆς βασιλείας ἡμᾶς ἀνήγαγον. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ μετὰ τὸ ἐπιλαβέσθαι τῶν τῆς βασιλείας σκήπτρων οὐκ

2. ἐκθησομένη. ἔχει δὲ οὕτως. τὰς τοῦ γρ. μ. κ. περιελοῦσα. οὐδὲν G. κομψίας C. 3. post οὕτως P add. τὰ τοῦ χρυσοβούλλου τοῦ γεγονότος περὶ τῆς διοικήσεως τῶν κοινῶν τῇ μητρὶ τοῦ βασιλέως, eundem titulum G in margine, om. A. 4. ἰσχυρώτερον PG, alterum A. 5. ἐλπίζοιτο FA et P in margine, λογίζοιτο PG. 6. αὐτὴ G. 8. ἐφάνη om. CGA, add. PF. 9. ἡ om. A. 10. τὰ om. A. ἀγωγὸς A, ἀναγωγὸς PG. 13. διεγνώσθη PG, alterum C. 16. εἰσέδοσαν P. 17. ὕψος: ἔτος P. ἡμῶν G, om. C.

virorum facta consultaque non crasse transmittere oportet, sed subtiliter, quantum possit, illa enarrare et quae decreta fuerint referre: aggrediar et ego hac ratione bullam auream illam referre, nec nisi ea omittam, quae ad scribae ornatum pertinent. habet autem ita: "nihil est, quod aequiparari queat matri, quae liberos amat eorumque vice iuxta commovetur ac sua; nec ea firmius ullum praesidium est, sive periculum providetur, sive aliud quid abominandi speratur. nam si consuluerit haec, firmum erit consilium, si precata deum fuerit, munimento erunt preces et invictorum instar satellitum. talem et nostrae maiestati a prima indo aetate sese re praestitit veneranda mater ac domina, quae omnia nobis erat et nutrix et educatrix. cumque dein senatorum numero adscripti essemus, nec mater desiit caritate praeire, et filii pietas fiduciaque integra mansit. una duobus in corporibus anima cernebatur eaque necessitudo per Christi gratiam pulchre servata est hucusque. non "meum," non "tuum," frigidum illud verbum, dicebatur; atque quod longe maximum est, crebrae eius per omne tempus preces, a deo admissae, in hoc imperii fastigium

ἔφερε μὴ συμπονουμένη ἐπίσης τῇ βασιλείᾳ μου καὶ τοῦ συμφέροντος αὐτὴ ἀντεχομένη καὶ τοῦ κοινοῦ, ἑτοιμαζομένη δὲ ἤδη ἡ βασιλεία μου σὺν θεῷ πρὸς τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς Ῥωμανίας ἐξέλευσιν, διὰ φροντίδος μὲν πολλῆς ποιεῖται
B καὶ τὴν τοῦ στρατιωτικοῦ συλλογήν τε καὶ διευθέτησιν, οὐκ ἐλάχιστον δὲ ταύτῃ νενόμισται καὶ ἡ περὶ τῆς τῶν σεκρετικῶν τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων διοικήσεως φροντίς. εὗρε γοῦν οἷον ἀριστοκρατίας ἀνεπιβούλευτον ὀχύρωμα, ὡς ἂν τῇ ἡγιασμένῃ καὶ πανεντιμοτάτῃ μητρὶ αὐτῆς ἀνατεθῇ ἡ τῶν ἁπάντων διοίκησις. διορίζεται γοῦν ἡ βασιλεία μου καθαρῶς διὰ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου, ἵνα δι' ἣν ἔχει πολυπειρίαν περὶ τὰ βιωτικὰ πράγματα, εἰ καὶ τέλεον τούτων καταπεφρόνηκεν, ἅπερ ἂν ἐγγράφως διορίσηται, κἂν παρὰ τοῦ προεστῶτος τῶν σεκρέτων ἀναφέρωνται ἢ τῶν ὑπ' αὐτὸν
C σεκρετικῶν ἢ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὧν αἱ ὑπομνήσεις ἢ αἰτήσεις ἢ κρίσεις ἑτοιμασθήσονται ἐπὶ συμπαθείαις δημοσιακαῖς ὀφλημάτων, τὸ κῦρος ἔξουσι μόνιμον, ὡς παρὰ τοῦ γαληνίου κράτους τῆς βασιλείας μου οἰκονομούμενα καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ στόματος αὐτῆς τὰ γραφέντα ἀποστοματιζόμενα. οἷαι γὰρ ἂν λύσεις παρ' αὐτῆς ἀποφανθήσονται ἢ καὶ προστάξεις

3. δὲ om. A. vid. annotat. 4. Ῥωμανίας : βασιλείας A. 8. ἀρισιοκρατίας οἷον A. 9. παντεντιμοτάτῃ G. 13. ἂν om. CGA, add. PF. ἐγγράφως αὖτη διορίσηται A. παρὰ τοῦ FC et in margine P, παρ' αὐτοῦ PG. 14. αὐτῶν G. 15. σεκρετικῶν : σεπτῶν G. 20. ἂν om. A. 20. ἀποφαντήσονται P.

nos extulere. quae cum etiam post susceptum imperium non potuisset, quin laboris societatem cum maiestate nostra coiret et rei publicae saluti ipsa prospiceret, maiestas nostra iam cum deo expeditionem adversus Romaniae hostes obitura, ut curam sane magnam ponit in delectibus habendis exercituque bene ordinando, ita non minimi momenti esse rerum iudicialium et civilium curam existimat. itaque hoc imperii quasi firmissimum munimentum invenimus, ut sanctae ac maxime venerabili matri rerum omnium administratio committatur. decernit igitur maiestas nostra bullaque hac aurea sancit, ut pro magna, qua pollet, rerum humanarum peritia, tametsi eas prorsus contemnit, quidquid scripto decreverit, sive ab eo relatum sit, qui universae rei iudiciariae praeest, sive ab officialibus huic subiectis, sive a ceteris omnibus, qui vel commentariorum vel libellorum vel sententiarum curam gerunt in publicis debitorum remissionibus, id auctoritatem habeat perpetuam nihiloque minorem, quam si ab ipsa serenitate nostra statutum iussumque esset. quaecunque responsa eius proferentur, vel mandata scripta, non scripta, cum ratione vel sine ratione, munita modo eius sigillo, quod transfigurationem et assum-

ἔγγραφοι ἢ ἄγραφοι, κἂν εὔλογοι κἂν ἀνεύλογοι, σφραγῖδα φέρουσαι αὐτῆς τὴν μεταμόρφωσιν καὶ τὴν κοίμησιν, ὡς αὐτῆς τῆς βασιλείας μου λογισθήσονται. τῷ δὲ μηνὶ τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν διοικοῦντος τὰ σέκρετα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ προ- D
βολῶν καὶ διαδοχῶν τῶν σεκρέτων καὶ τῶν θεμάτων καὶ ἐπὶ τοῖς ἀξιώμασι καὶ ὀφφικίοις καὶ δωρεαῖς ἀκινήτων βασιλι- V. 71
κῶς ἡ ἁγία μήτηρ αὐτῆς ἔξει ἄδειαν ὃ δόξει ταύτῃ ποιεῖν. ἀλλὰ καὶ εἴ τινες προβληθήσονται εἰς τὰ σέκρετα ἢ καὶ εἰς θέματα καὶ διαδεχθήσονται τιμηθήσονται δὲ καὶ ἐν μεγί-
στοις ἀξιώμασι καὶ μέσοις καὶ ἐλαχίστοις, ἔσονται εἰς τὸ ἑξῆς ἀμετακίνητοι καὶ ἀμετάπτωτοι. ἀλλὰ καὶ αὐξήσεις P. 85
ῥογῶν καὶ προσθήκας δόσεων καὶ συμπαθείας τῶν λεγομένων συνηθειῶν καὶ σχιδευσμοὺς καὶ ἀποσχιδευσμοὺς προστάξει αὕτη ἀνενδοιάστως, καὶ περιεκτικῶς εἰπεῖν, οὐδὲν ἀσυντελὲς λο-
γισθήσεται, ὅπερ αὐτὴ κελεύσει ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως. τὰ γὰρ ῥήματα ταύτης καὶ τὰ προστάγματα ὡς τῆς βασι-
λείας μου λογισθήσονται, καὶ οὐδὲν τούτων ἀθετηθήσεται, ἀλλὰ καὶ κύρια καὶ μόνιμα ἔσονται εἰς τοὺς ἑξῆς χρόνους. καὶ B
οὔτε εὐθύνην, οὔτε ἡντιναοῦν ἀνάκρισιν ὑποπτεύσει νῦν ἢ εἰς τὸ μετέπειτα παρ' οὑτινοσοῦν τῶν ἁπάντων οὔτε τις τῶν ἐξυ-
πηρετουμένων αὐτῇ, ἢ αὐτὸς ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν λογοθέτης

1. ἢ : καὶ G. 3. τῷ : τὸ F. 5. καὶ τῶν θεμάτων om. C. 6. βασιλικῶν coni. Diesterweg. 10. μέσοις : μεγάλοις G. 13. σχιδευσμοὺς καὶ ἀποσχιδευσμοὺς C, σχιδευμοὺς καὶ ἀποσχιδευμοὺς PG. 14. καὶ ἀνενδοιάστως A. οὐδὲ G. 17. ἀθετήσεται G. 18. καὶ prius om. F. 19. ἡντιναοῦν om. A. ὑποπτεύσει CA, ὑποπτεύσῃ PG.

tionem exhibet, ut ab ipsa nostra maiestate profecta habeantur. mense quoque eius, qui pro tempore rem iudicialem administrat, etiam de promotionibus et successionibus in iudiciis superioribus inferioribusque, atque in dignitatibus et muneribus et donationibus rerum immobilium regio arbitrio sancta parens nostra, quidvis volet, decernendi habeat facultatem. et quicumque promoti fuerint in iudicia maioris minorisve ordinis et in iis successerint, maximis, mediis, infimis honoribus ornati, non summovebuntur ii in posterum statu suo nec unquam excident. sed et augmenta rogarum et incrementa largitionum et remissiones vectigalium, quae consuetudines vocantur; et stipendia ex parte aut omnino recisa suo haec constituet iure et, ut universe loquar, nihil irritum censebitur, quod illa imperaverit vel litteris vel sine litteris. verba enim huius et mandata tanquam ipsius maiestatis nostrae habebuntur, neque quidquam abrogabitur, sed rata firmaque erunt in postera tempora. nec quisquam eorum, qui illi ministraverit, nec ipse pro tempore logotheta secretorum, quantumvis

τῶν σεκρέτων, κἂν εὔλογα κἂν παράλογα τὰ πραχθησόμενα δόξῃ. τὸ γὰρ παντελῶς ἀλογοπράγητον ἕξουσιν ἐσαεί, ὁποῖα ἂν καὶ εἴη τῷ παρόντι χρυσοβούλλῳ λόγῳ στηριζόμενα."

7. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ χρυσοβούλλου. θαυμάσειε δ' ἄν τις ἐν τούτοις τὸν ἐμὸν πατέρα καὶ αὐτοκράτορα τῆς εἰς τὴν μητέρα τιμῆς καὶ ὅπως αὐτῇ παρακεχωρήκει τῶν ἁπάντων, αὐτὸς τῆς βασιλικῆς ἡνίας οἷον ὑπεξιστάμενος καὶ τρόπον τινὰ ἐποχουμένῃ τοῦ βασιλικοῦ ἅρματος αὐτῇ παραθέων καὶ ψιλοῦ μόνου τοῦ τῆς βασιλείας μετέχων ὀνόματος. καίτοι κατὰ τὴν ἡλικίαν τὸν μείρακα ἤδη παρήλλαττε, καθ' ὃν μάλιστα καιρὸν ἐπιφύεται τοῖς τοιούτοις ἤθεσιν ὁ τῆς φιλαρχίας ἔρως. τοὺς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμους καὶ ὅσα τῶν ἄθλων καὶ τῶν ἀγώνων ὑπῆν, αὐτὸς ἀνεζώσατο, πᾶσαν δὲ τῶν πραγμάτων διοίκησιν καὶ πολιτικὰς ἀρχὰς καὶ τοὺς περὶ τῶν εἰσφορῶν λόγους καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς βασιλείας ἀναλωμάτων τῇ μητρὶ κατεπίστευσε. καὶ ἴσως μὲν ἄν τις ἐνταῦθα γινόμενος καταμέμψοιτο τὴν οἰκονομίαν, ὡς γυναικωνίτιδι καταπιστεύσαντος τοὐμοῦ πατρὸς τὴν τῆς βασιλείας διοίκησιν· ἀλλ' εἰ τὸ φρόνημα τῆς γυναικὸς ἠπίστατο καὶ ὅση τις ἦν ἀρετὴν καὶ τὸν νοῦν καὶ ὅπως εἶχε δραστηριότητος, ἀφέμενος μέμψεως πρὸς θαῦμα τὴν μέμψιν μετέβαλε. τοσαύτη γὰρ ἡ ἐμὴ μάμμη περὶ τὰ πράγματα δεξιωτάτη καὶ

2. εὐλογοπράγητον CG, alterum FPA. 3. χρυσοβουλλίου A. 4. μὲν τὰ : περὶ G. 13. ὑπῆν : ἦν G. ἐζώσατο A. 14. δὲ τὴν τῶν A. 15. τοῦ — λόγου A. 16. ἀναχωμάτων P. 17. καταμέμψοιτο G. 18. πρὸς ante τὴν add. G. 21. μετέλαβε G.

bene secusque habere videantur decreta, ullo tempore a quoquam ad rationem reddendam causamve dicendam cogi poterit. prorsus enim nulla unquam ratio exigenda est de omnibus, quaecunque tandem hac bulla aurea confirmata fuerint."

7. Hactenus bulla aurea. in qua miretur fortasse aliquis imperatorem, patrem meum, tantum matri tribuisse honorem, ut ei summam rerum committeret, ipse imperii regimine quasi decederet et quodammodo iuxta matrem, regio curru vehentem, cursaret, nudo solum imperatoris nomine retento. atqui adolescentiam iam excesserat, qua potissimum aetate duci solent eiusmodi ingenia cupiditate regnandi. bella adversus barbaros et quidquid laborum et periculorum suberat, sibi seposuit; summam administrationem rerum, magistratuum curam, vectigalium sumtuumque publicorum rationes matri commisit. fortasse igitur hoc loco vituperet aliquis patris mei consilium, quod gynaeceo imperii administrationem tradidit; at si prudentiam mulieris cognosset, et quanta virtute fuerit quantaque industria, vituperatione missa, in admirationem raptus esset. tanta enim in avia mea inerat

τάξαι καὶ καταστήσασθαι πολιτείαν εὐμήχανος, ὥστε μὴ μόνον τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διοικεῖν δύνασθαι, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν ὁπουδήποτε βασιλείαν, ὁπόσην ἥλιος ἐφορᾷ. πολυπειρός τε γὰρ ἦν καὶ πολλῶν πραγμάτων ἐγίνωσκε φύσεις, καὶ ὅπως P. 86
ἄρχεται καὶ εἰς ὃ καταντήσειεν ἕκαστον ἐξηπίστατο, καὶ τίνα μὲν τίνων εἰσὶν ἀναιρετικά, τίνα δὲ μᾶλλον ἐπιρρώννυσιν ἕτερα, ὀξυτάτη τε τὸ δέον καταμαθεῖν καὶ μετὰ ἀσφαλείας καταπρᾶξαι δεινή. καὶ οὐκ ἦν μὲν τὴν γνώμην τοιαύτη, γλῶτταν δὲ εἶχεν ἀπῴδουσαν πρὸς τὴν γνώμην· ἀλλ' ἦν αὐτό- V. 72
χρημα ῥήτωρ πιθανώτατος, καὶ οὔτε λάλος καὶ εἰς μῆκος τοὺς λόγους ἐκτείνουσα, οὔτε ταχέως ἀπελίμπανεν αὐτὴ τὸ πνεῦμα τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐπικαίρως ἀρξαμένη εἰς τὰ καιριώτατα πάλιν κατέληγε. καὶ ὁ μὲν βασίλειος θρόνος αὐτὴν παρηκμακυῖαν κατείληφεν, ὅτε καὶ μᾶλλον τὸ φρονοῦν ἤκμαζε καὶ ἡ B
σύνεσις ἐπήνθει καὶ ἡ περὶ τὰ πράγματα ἐπιστήμη συνήκμαζεν, ἐξ ὧν οἰκονομίαι καὶ διοικήσεις τὸ κράτος ἔχουσιν. ἔχει δὲ ὡς τὸ εἰκὸς ἡ τοιαύτη ἡλικία οὐ μόνον τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον, ὡς ἡ τραγῳδία φησίν, ἀλλὰ καὶ συμφορώτερον πρᾶξαι. ὁ δὲ κατόπιν χρόνος καὶ ὁπόταν ἐκείνη ταῖς νεωτέραις συνεξητάζετο γυναιξί, θαῦμα ἄντικρυς ἦν, πολιὸν ἐν νεαρᾷ ἡλικίᾳ ἐπιδεικνυμένη φρόνημα. καὶ παρεῖχεν ἐξ αὐτῆς ὄψεως τῷ βουλομένῳ καταθρεῖν τὴν ἐνοῦσαν αὐτῇ ἀρετὴν ὁμοῦ καὶ ἐμβρίθειαν. ἀλλ', ὅπερ ἔλεγον, ὁ ἐμὸς πατὴρ τῆς

5. καταντήσειν G. 10. πιθανώτατος C, πιθανότητος PG. 11. an αὐτῇ? 17. δὲ ὡς ἡ τοιαύτη τὸ εἰκὸς P, recte G. 23. ὁμοῦ om. G. ἐμβρίθεισαν P, ἐμβρίθουσαν G, ἐμβρίθειαν C.

rerum gerendarum dexteritas, tanta constituendae ordinandaeque rei publicae facultas, ut non solum Romano imperio administrando par esset, sed omni ubivis terrarum regno, quantumcunque est. nempe experientissima erat et multarum rerum noverat naturas, quo quidque initio esset et quorsum evasurum, quae quibus adversarentur, quaeque iuvandis firmandisque rebus aliis essent, celerrime, quid opus facto, perspiciens et caute constanterque exsequens. nec vero, cum consilio adeo polleret, claudicabat lingua; quin erat plane eloquentissima, ac neque loquacitate sermonem longius producebat, neque celeriter deficiebat eam spiritus; verum opportune exorsa, quam opportunissime rursus finivit. atque imperii gubernaculis accessit ingravescente iam aetate, quando et sapientia magis viget et prudentia floret et rerum usus suppetit; ex quibus administratio vim nanciscitur suam. est nimirum huius aetatis non solum loqui iuvenibus prudentius, ut in tragoedia est, verum etiam ad utilitatem commodius agere. in superiore autem vita, cum adhuc in iuniorum numero esset, mulier sane mirifica erat, quippe quae senilem in adolescentia prudentiam praestaret.

βασιλείας ἐπιδραξάμενος, τοὺς μὲν ἀγῶνας καὶ ἱδρῶτας ἑαυ-
C τῷ τεταμίευκε, θεωρὸν τῶν ἀγώνων τὴν μητέρα ποιούμενος, ἐκείνην δὲ δεσπότιν καταστησάμενος, τὸ παρ' ἐκείνης κελευόμενον καθάπερ δοῦλος ἔλεγέ τε καὶ ἔπραττεν. ἔστεργεν οὖν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ὑπερφυῶς· καὶ τῶν αὐτῆς βουλευμάτων ἐξήρτητο, (τοσοῦτον ἦν φιλομήτωρ,) καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου τῆς ἐκείνης γλώττης ὑπηρέτιν καὶ τὴν ἀκοὴν τῶν ἐκείνης φωνῶν εἰς ἀκρόασιν, καὶ εἰς ἅπαντα ταύτῃ ὁ βασιλεὺς συγκατένευεν ἢ ἀνένευεν, ἐφ' οἷς ἄρα ἐκείνη κατανεύσειεν ἢ ἀνανεύσειεν. καὶ ἦν τὸ πρᾶγμα ὅλως τοιοῦτον. ἐκεῖνος μὲν
D γὰρ σχῆμα βασιλείας εἶχεν, ἡ δὲ τὴν βασιλείαν αὐτήν· καὶ ἡ μὲν ἐθεσμοθέτει, διῴκει τὸ πᾶν καὶ ἐπρυτάνευεν, ὁ δὲ τὰς διοικήσεις ἐκείνης καὶ τὰς ἐγγράφους καὶ τὰς ἀγράφους, τὰς μὲν χειρί, τὰς δὲ φωναῖς ἐπεσφράγιζε, καὶ ὡς οὕτω γε φάναι, ὄργανον ἦν αὐτῇ βασιλείας, οὐ βασιλεύς. ἠρέσκετο γὰρ ἐφ' ἅπασιν, οἷς ἡ μήτηρ διαγνοίη καὶ διορί-
P. 87 σειε, καὶ οὐχ ὡς μητρὶ μόνον καταπειθέστατος ἦν, ἀλλὰ γὰρ ὡς ἐξάρχῳ βασιλικῆς ἐπιστήμης ταύτῃ προσεῖχε τὸν νοῦν. ἤδει γὰρ ἀκριβῶς τὸ ταύτης ἐφ' ἅπασιν ἐπὶ τὸ κράτιστον συγκεχωρηκός, καὶ ὅτι διαφερόντως πάντας τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγονότας ἀνθρώπους εἰς φρόνησίν τε καὶ σύνεσιν πραγμάτων ὑπερελαύνει.

1. ἑαυτοῦ P, ἑαυτῷ CG. 3. ἐκείναις κελευόμενος G. 6. τοσοῦτον CG, τοσοῦτο P. 7. τῇ ἐκείνης γλώττῃ G. vid. annotat. 12. καὶ add. G. 14. ὡς om. G. 18. γὰρ : καὶ?

atque ipso vultu ostendebat intuentibus virtutem sibi insitam gravitatemque. sed, quemadmodum dixi, pater meus imperio potitus, ipse labores sudoresque, spectatrice matre, perferendos sumsit, hanc autem dominam constituit et velut servus, quod illa iubebat, et loquebatur et agebat. diligebat eam imperator mirum in modum, totusque e consiliis eius pendebat: adeo matris erat amans: dextramque maternae linguae famulam, aures vocum illius audientes esse volebat, atque in omnibus rebus annuebat vel abnuebat, quae quidem illa annueret abnueretve. et plane sic se res habebat: ille speciem regni obtinebat, haec regnum ipsum; illa leges dabat, gubernabat cuncta administrabatque; hic placita eius, sive scripta subscribendo, sive non scripta vocis suffragio, confirmabat, et, ut ita dicam, instrumentum imperii erat matri, non imperator. rata enim habebat omnia, quaecunque illa decernebat et statuebat; neque ut matri solum obedientissimus erat, verum etiam ut regnandi artis magistrae attentum ei praebebat animum; quippe cui exploratissimum esset, illam in omni re ad summam perfectionem pervenisse et longe omnes, qui tunc erant homines, prudentia et rerum peritia anteire.

8. Τοιαῦτα τὰ τῆς Ἀλεξίου βασιλείας προοίμια. οὐ γάρ τις αὐτοκράτορα τοῦτον εἰκότως τό γε νῦν ὀνομάσειε, τῆς αὐτοκράτορος περιωπῆς ἅπαξ ἀποκληρωθείσης παρ' αὐτοῦ τῇ μητρί. ἄλλος μὲν οὖν νόμοις ἐγκωμιαστικοῖς ὑπείκων, πα- B
τρίδα τῆς θαυμασίας ἐκείνης μητρὸς ἐπαινείτω καὶ γένος πρὸς Ἀδριανοὺς ἐκείνους τοὺς Δαλασσηνοὺς ἀναφερόμενον καὶ Χάρωνας, καὶ τῷ πελάγει τῶν κατ' ἐκείνους προτερημάτων ἐπαφιέτω τὸν λόγον· ἐμοὶ δὲ ἱστορίαν ξυγγραφούσῃ οὐκ ἐκ γένους καὶ αἵματος προσήκει ταύτην χαρακτηρίζειν, ἀλλ' ἐκ τρόπου καὶ ἀρετῆς καὶ τούτων, ὁπόσων ὁ τῆς ἱστορίας ὑποτίθεται λόγος. ἵνα γὰρ πρὸς ἐκείνην ἐπαναδραμοῦμαι V. 73
καὶ αὖθις, ἀξίωμα μὲν οὖν μέγιστον αὐτὴ οὐ γυναικῶν μό- C
νον, ἀλλὰ καὶ ἀρρένων καθίστατο καὶ κόσμος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὴν δὲ περὶ τὰ βασίλεια γυναικωνῖτιν παντά-
πασι διεφθορυῖαν, ἐξότου ὁ Μονομάχος ἐκεῖνος τὸ τῆς βασιλείας ἀνεδήσατο κράτος, καὶ εἰς ἔρωτας ἀλόγους ἀποκλίνασαν καὶ μέχρι τῆς βασιλείας τοὐμοῦ πατρός, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀλλοιώσασα, εἰς κόσμον ἐπαινούμενον μετήνεγκε. καὶ ἦν ἰδεῖν τὰ βασίλεια τηνικαῦτα τάξεως ἐπαινουμένης μετειληχότα· καὶ γὰρ ὅρους τε τῶν θείων ὕμνων ἔταξε καὶ καιροὺς ἀρί- D
στου τε καὶ ἀρχαιρεσίας ἐπήξατο, στάθμη καὶ κανὼν τοῖς πᾶσιν αὐτὴ γεγονυῖα, ὡς τὰ βασίλεια μᾶλλον ἱερὰ φροντιστήρια εἶναι δοκεῖν. τοιαύτη τις ἦν ἡ ὑπερφυὴς καὶ ὄντως

10. ὁπόσον CG. 16. ἀποκλίνασαν C, ὑποκλίνασαν PG. 19. τὰ βασίλεια om. P.

8. Huiusmodi fuere initia Alexii regni; nam imperatorem eum hoc quidem tempore dicere vix licet, cum imperatoris potestatem semel matri concesserit. iam alius laudationis legibus obsequens, patriam matris illius admirabilis genusque ab Adrianis illis Dalassenis et Charonibus repetitum celebret atque in amplissimo campo horum virtutum excurrat licet; me historiam conscribentem, non ex genere et sanguine describere eam oportet, sed ex moribus et virtute omnibusque iis rebus, in quibus enarrandis historia versatur. itaque ut ad illam iterum redeamus, ornamentum quidem ipsa fuit non mulierum modo maximum, sed etiam virorum ac decus naturae humanae; gynaeceum autem palatii, quod omnino perditissimum erat, ex quo tempore Monomachus ille imperio potitus est, et ad turpes se converterat amores usque ad ipsum patris mei imperium, melius reddidit laudandosque mores restituit. atque iam cerneres palatium in bonum ordinem adductum; nam et certa hymnis sacris tempora descripsit, suasque et prandio et negotiis publicis tractandis horas constituit: in quibus observandis ipsa exemplum et quasi regula omnibus erat: ut palatium sacrum potius

ἱερὰ ἐκείνη γυνή. σωφροσύνη μὲν γὰρ τοσοῦτον ὑπερῆρε καὶ τὰς πάλαι ὑμνουμένας, περὶ ὧν ὁ πολὺς λόγος, ὁπόσον ἀστέρας ἥλιος· τὸν δὲ περὶ τοὺς πένητας οἶκτον αὐτῆς καὶ τὴν δαψιλῆ πρὸς τοὺς δεομένους χεῖρα τίς παραστήσειε λόγος; κοινὸν μὲν ἦν ἡ αὐτῆς ἑστία καταγώγιον τοῖς ἔξ αἵματος πενομένοις, κοινὸν δὲ καὶ ξένοις οὐχ ἧττον. ἱερέας δὲ καὶ μο-
P. 88 ναχοὺς διαφερόντως ἐτίμα καὶ ξυνδειπνοῦντας εἶχε, καὶ οὐδενὶ ἄτερ μοναχῶν τὴν αὐτῆς τράπεζαν θεάσασθαι ἐνῆν. ἡ δὲ ἔξωθεν ἐπιφαινομένη τοῦ ἤθους κατάστασις καὶ ἀγγέλοις αἰδέσιμος καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς δαίμοσι φοβερά, ἀνθρώποις δὲ μὴ ἐχέφροσιν, ἀλλὰ περὶ ἡδονὰς ἐπτοημένοις ἀνύποιστος καὶ ἐκ μόνου τοῦ βλέμματος, τοῖς δ' αὖ γε σωφροσύνης ἐπιμελουμένοις ἱλαρά τε καὶ προσηνής. μέτρα γὰρ ἔγνω κατηφείας καὶ σεμνότητος, ὡς μήτε τὸ κατηφὲς ἄγριόν πως καὶ θηριῶδες δοκεῖν, μήτε τὸ ἁπαλὸν κεχαλασμένον τε καὶ ἀκόλαστον,
B καὶ ὅρον, οἶμαι, τοῦτ' εἶναι κοσμιότητος, κραθέντος τοῦ φιλανθρώπου τῷ τῆς ψυχῆς ἀναστήματι. τὸ δὲ ἦθος αὐτῇ ὑποκαθήμενον πρὸς ἐνθυμήσεις, ἀεὶ καινοτέρας ἀνελιττούσῃ τὰς γνώμας, οὐ φθαρτικὰς τοῦ κοινοῦ, ὥς τινες ὑπετονθόρυζον, ἀλλὰ σωστικάς, καὶ διεφθορυῖαν ἤδη τὴν βασιλείαν εἰς ὁλοκληρίαν ἐπαναγούσας, τά τε τοῦ κοινοῦ εἰς τὸ μηδὲν ἐλήλακότα ἐπανορθούσας, ὡς δύναμις. πλὴν εἰ καὶ τῇ τῶν

1. ἱερὰ ὄντως G. 7. συνδειπνοῦντας C. 12. τοῦ om. G. 15. τε om. G. 18. προκαθήμενον G. 21. ἐς P, εἰς GA.

monasterium videretur. talis erat egregia et revera sancta illa femina. temperantia enim tantum superabat etiam celebratissimas olim mulieres, quae in omnium ore versantur, quantum stellas sol. iam misericordiam eius in pauperes ac liberalem in egentes manum quis verbis exprimere queat? commune erat eius domus deversorium consanguineis, qui inopia laborabant; nec minus eadem alienis quoque patebat. sacerdotes autem et monachos praecipuo colebat honore et ad mensam adhibebat, nec quisquam facile sine monachis accumbentem eam conspexit. quae extrinsecus apparebat ingenii eius species, et angelis venerabilis et ipsis daemonibus terribilis erat, hominibus autem non prudentibus, sed libidine agitatis intolerabilis vel solo adspectu; at qui e contrario temperantiae studebant, hilaris et propitia. nam modum norat tristitiae severitatisque, ut neque tristitia immanis et fera videretur, neque hilaritas dissoluta et indomita; atque hunc, opinor, terminum statuebat modestiae, ut humanitas condita esset gravitate animique magnitudine. natura ad meditandum propensior erat, et nova semper consilia animo versabat, non perniciosa illa quidem rei publicae, ut quidam mussitabant, sed salutaria, quaeque perditum iam

κοινῶν διοικήσει ἐνησχυλεῖτο, τῆς τοῖς μοναχοῖς προσηκούσης διαγωγῆς οὐδαμῶς καταπεφρονήκει. ἀλλὰ τὸ πλεῖον μὲν τῆς νυκτὸς τοὺς ἱεροὺς ἀπεπλήρου ὕμνους, προσευχῇ τε συντόνῳ C καὶ ἀγρυπνίᾳ συντετηκυῖα, περὶ δὲ τὸ ὄρθριον, ἔστι δ' ὅτε καὶ δευτέρας ἀλεκτοροφωνίας, ταῖς τοῦ κοινοῦ προσέκειτο διοικήσεσι, περί τε τῶν ἀρχαιρεσιῶν σκοποῦσα καὶ τὰς τῶν δεομένων αἰτήσεις ἐπιλύουσα, ὑπογραμματεύοντος αὐτῇ Γρηγορίου τοῦ Γενεσίου. ταῦτα εἴ τις ἠβούλετο ῥήτωρ εἰς ἐγκω- V. 74 μίου λόγους ἀγαγεῖν, τίνας ἂν οὐκ ἀπεκρύψατο τῶν πάλαι περιβοήτων ἐπ' ἀρετῇ καὶ κατ' ἀμφότερα τὰ γένη φανέντας περιφανεῖς, τοῖς ἐπιχειρήμασι καὶ τοῖς ἐνθυμήμασι καὶ ταῖς πρὸς ἄλλους συγκρίσεσιν ἐξογκῶν εἰς μέγα τὴν ἐπαινουμένην, D ὥσπερ νόμος ἐστὶ τοῖς ἐγκωμιάζουσιν; ἀλλὰ τὰ τῆς ἱστορίας οὐχ οὕτως ἄδειαν δίδωσι τῷ συγγράφοντι. διόπερ εἰ περὶ ταύτης τῆς βασιλίδος λέγοντες τὰ μεγάλα σμικροπρεπέστερον εἴπωμεν, μηδεὶς ὑπὸ μέμψιν ἀγέτω τὸν λόγον, ὅσοι τὴν ἐκείνης ἴσασιν ἀρετὴν καὶ τὸν ὄγκον τοῦ ἀξιώματος καὶ τὸ ἀγχίνουν ἐν ἅπασι καὶ τὸ ἀκροφυέστατον τοῦ φρονήματος. ἡμεῖς δὲ ὅθεν περὶ αὐτῆς λέγοντες μικρόν τι ἐξετραπόμεθα, P. 89 πάλιν ἐπανακάμψωμεν. ἐκείνη τοίνυν τὴν βασιλείαν, ὡς ἔφημεν, διιθύνουσα, οὐδὲ τὴν πᾶσαν ἡμέραν ταῖς κοσμικαῖς φροντίσιν ἀφώριστο, ἀλλὰ τὰς ἐκ τύπου λειτουργίας εἰς τὸ

3. τε om. A. 5. ἀλεκτροφωνίας G. 6. τῶν ante ἀρχαιρεσιῶν add A. 10. καὶ om. P. 11. ἐνθυμήμασι καὶ ταῖς om. G. 17. ἴσασιν C, οἴδασιν PG.

atque ad nihilum redactum imperium pristinae integritati, quantum fieri poterat, restituerent. caeterum, licet publicis negotiis occupata esset, nequaquam tamen vitae monasticae officia neglexit. imo maximam noctis partem divinis hymnis cantandis consumebat, supplicationibus intentis et vigilando confecta; sub diluculum, nonnunquam a secundo gallicinio, publicis negotiis operam dabat, de magistratibus eligendis statuens et libellis supplicibus respondens, scribae munere Gregorio Genesio fungente haec si quis voluisset orator exornanda sibi sumere, quis est quem non obscuraret eorum, qui antiquitus propter virtutem celebrantur atque ex utrovis sexu illustres sunt, epichirematis, enthymematis, comparationibus illam extollens: qui laudationem scribentium mos est. sed historiae ratio non eandem concedit licentiam. quapropter si forte de regina hac disserentes, in rebus maximis tenuiores sumus, nemo id reprehendat, qaicunque virtutem illius et amplitudinem summam animique in omni re solertiam atque excelsitatem norunt. sed, unde paullulum defleximus, iam redeamus. ea igitur cum rem publicam, ut diximus, gubernaret, ne totum quidem

ἱερὸν τέμενος τῆς μάρτυρος Θέκλης ἀπεπλήρου, ὅπερ ὁ αὐτοκράτωρ Ἰσαάκιος ὁ Κομνηνὸς καὶ ἀνδράδελφος αὐτῆς ἐκ τοιαύτης αἰτίας ἐδείματο. ἐπεὶ γὰρ ὃς πάλαι εἶχον οἱ τῶν Δακῶν ἀρχηγέται μετὰ τῶν Ῥωμαίων σπονδὰς τηρεῖν εἰσέτι οὐκ ἤθελον, ἀλλὰ παρασπονδήσαντες διέλυσαν, τούτου δὲ δήλου τοῖς Σαυ- 5
B ρομάταις γεγονότος, οἳ πρὸς τῶν πάλαι Μυσοὶ προσηγορεύοντο, οὐδὲ αὐτοὶ τοῖς ἰδίοις ὁρίοις ἐμμένοντες ἤθελον ἡσυχάζειν, νεμόμενοι πρότερον ὁπόσα ὁ Ἴστρος πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων διορίζει ἡγεμονίαν, ἀλλ' ἀθρόον ἀπαναστάντες πρὸς τὴν ἡμεδαπὴν γῆν μετῳκίσθησαν. αἰτία δὲ τῆς τούτων μετοική- 10
σεως ἡ τῶν Γετῶν κατ' αὐτῶν ἄσπονδος ἔχθρα, ὁμορούντων μὲν ἐκείνοις, τούτους δὲ λῃστευόντων. διὰ ταῦτα καιρὸν ἐπιτηροῦντες, ἐπεὶ τὸν Ἴστρον ἀποκρυσταλλωθέντα εἶδον, ὥσπερ ἠπείρῳ τούτῳ χρησάμενοι, ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς μετα-
C νίστανται ὅλον ἔθνος τοῖς ἡμετέροις ἐπιφορτισθὲν ὁρίοις, καὶ 15
δεινῶς ἐλῃΐζοντο τὰς παρακειμένας πόλεις καὶ χώρας. τοῦτ ἐνωτισθεὶς ὁ βασιλεὺς Ἰσαάκιος, δέον ἔκρινε τὴν Τριάδιτζαν καταλαβεῖν. ἐπεὶ τοὺς ἑῴους βαρβάρους τῶν ἐπιχειρημάτων φθάσας ἀνεῖρξε, καὶ τοῦτο δὴ ἀπραγμονέστατον αὐτῷ ἐγεγόνει τὸ τμῆμα. καὶ δὴ τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν συλλεξάμενος, τῆς 20
πρὸς τὰ ἑκεῖσε φερούσης ὁδοῦ ἥψατο, ἀπελάσαι βουλόμενος τῶν Ῥωμαϊκῶν ὅρων αὐτούς. καταστήσας δὲ ἅπαν τὸ ὁπλι-

1. Θέκλης CA, Θέκλας PG. 3. τῶν om. A. σπονδὰς παρεσπόνδησαν A. 6. προσαγορεύοντο PG, recte A. 7. ἤθελον ἡσυχάζειν om. CG. 9. ἐπανασιάντες GA. 14. ἐπανίστανται CG. 18. ἑώας G. 21. πρὸς : περὶ G.

diem secularibus negotiis impendebat, sed praescriptis sacris in Theclae martyris templo intererat, quod Isaacius Comnenus imperator, ipsius levir, hac de causa exstruxerat. cum Dacorum principes foedus, dudum cum Romanis ictum, servare diutius nollent, sed pactum perfide rumperent, id animadvertentes Sauromatae, qui Mysi a veteribus appellabantur, ne ipsi quidem continere se intra fines suos et quiescere voluerunt; sed cum hucusque eas regiones, quas Ister a Romanorum imperio seiungit, incoluissent, cuncti relictis sedibus in fines nostros irruperunt. cuius irruptionis causa Getarum fuere assiduae inimicitiae, qui cum finitimi essent, latrociniis eos lacessebant. itaque capta occasione, cum Istrum glacie concretum cernerent, velut continenti eo usi, inde ad nos migrarunt, totaque gens in finibus nostris consedit ac graviter urbes regionesque adiacentes vexavit. quo cognito, imperator Isaacius Triaditzam proficiscendum statuit. post repressos antea orientalium barbarorum impetus, etiam hanc rem facili perfecit negotio. universo enim collecto exercitu, in viam se de-

τικὸν ἐν εὐταξίᾳ, στρατηγὸς κατ' αὐτῶν ἴεται. οἱ δὲ τοῦτον θεασάμενοι, εὐθὺς διαιρεθέντες διαφόρου γνώμης γεγόνασιν. D
ὁ δὲ οὐ πάνυ πιστεύειν αὐτοῖς ἔχων, ἐπὶ τὸ καρτερώτατον καὶ δυσμαχώτερον μέρος αὐτῶν σὺν καρτερᾷ τῇ φάλαγγι ἴεται. καὶ δὴ πλησιάσας αὐτοῖς, ἑαυτῷ τε καὶ τῷ στρατοπέδῳ κατέπληξε. πρὸς μὲν γὰρ τὸν οἷα δὴ κεραυνοφόρον ἀντωπεῖν οὐκ ἐτόλμων, τοῦ δὲ στρατοπέδου τὸν ἀρραγῆ συνασπισμὸν βλέποντες, αὐτοὶ διελύοντο. ὑποχωρήσαντες οὖν πρὸς μικρόν, πόλεμον εἰς τρίτην αὐτῷ ἐπαγγειλάμενοι, τὰς σκηνὰς αὐθήμερον ἀφέντες, φυγαδείᾳ ἐχρήσαντο. ὁ δὲ καταλαβών, ἔνθα οὗτοι ηὐλίζοντο, καὶ τάς τε σκηνὰς αὐτῶν V. 79 P. 90
κατασκάψας καὶ τὴν εὑρημένην λείαν ἀπαγαγών, τροπαιοφόρος ἐπάνεισι. γενομένου δὲ περὶ τοὺς τοῦ Λοβιτζοῦ πρόποδας, ῥαγδαῖος ὄμβρος αὐτὸν καταλαμβάνει καὶ νιφετὸς ἔξωρος, εἰκοστὴν πρὸς τῇ τετάρτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου ἄγοντος, ἐν ᾗ ἡ τῆς μεγαλομάρτυρος Θέκλης μνήμη τελεῖται. πλημμύρας οὖν γενομένης τῶν ποταμίων ῥευμάτων καὶ ὑπερχειλήσαντος τοῦ ὕδατος, θάλασσαν ἦν ὁρᾶν ἅπαν τὸ πεδίον ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ἥ τε βασιλικὴ σκηνὴ καὶ τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν κατεσκήνου. κἀντεῦθεν τὰ πρὸς χρείαν ἅπαντα ἠφανίσθησαν τοῖς ποταμί- B

1. ἴεται PG hic et infra, recte A. 3. οὐ om. G. 7. ἀντωπῆσαι A. 9. ἐς A. ἀπαγγειλάμενοι P, ἐπαγγειλάμενοι GA. 12. εὑρομένην A. 13. γενόμενον G, γενομένων A. παρὰ τοὺς Λοβιτζοὺς CG, πρὸς τοὺς λεβιτοὺς A. 15. τὴν τετάρτην G. 17. γινομένης A. 20. κἀντεῦθεν G, ἐντεῦθεν PA.

dit, eos a Romanorum finibus abacturus. atque ubi copias bene ordinavit, impetum in eos facit; quem illi conspicati, dissidebant statim inter se et in contrariam abibant sententiam. at ille parum iis fidendum ratus, firmissimam et pertinaciorem eorum partem vehementissime aggreditur. cumque appropinquasset, sui copiarumque suarum conspectu eos perterruit; nam illum tanquam fulmina iaculantem contra intueri non audebant, exercitus autem infractam testudinem simulac conspexere, ipsi turbabantur. recedebant igitur paullatim et proelium in tertium abhinc diem denuntiabant; sed eodem die castris relictis, in fugam se dederunt. ille progressus, ubi castra metati erant, postquam tabernacula diruit et quae reperta est illic praedam abduxit, victor revertitur. in quo itinere cum ad Lobitzae radices pervenisset, vehemens eum imber oppressit et nix intempestiva; erat enim is vicesimus quartus Septembris dies, quo Theclae magnae martyris memoria celebratur. accrescentibus igitur fluviis et super ripas effusis, maris speciem tota planities praebebat, in qua et imperatoris tentorium et universi exercitus castra posita erant. iamque

οις ῥεύμασι παρασυρέντα, οἱ ἄνθρωποι δὲ καὶ τὰ κτήνη ὑπὸ τοῦ κρύους ἐπήγνυντο. ἐμυκᾶτο δὲ καὶ βροντῶν ὁ οὐρανός, ἀστραπαὶ δὲ συνεχεῖς, χρονικὴν μὴ ἔχουσαι τὸ παράπαν διάστασιν, τὸ περίγειον ἐκεῖνο ἅπαν ἐμπρῆσαι οἷον ἠπείλουν. ταῦτα ὁρῶν ὁ βασιλεὺς ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν· ἀναστολῆς δὲ μετρίας γενομένης, πλείστους τε ἀποβαλὼν ταῖς δίναις τῶν ποταμίων συσχεθέντας ῥευμάτων, ἐκεῖθεν μετὰ τῶν λογάδων ἔξεισι, καὶ ὑπὸ φηγόν τινα μετ' αὐτῶν ἀπελθὼν ἵστατο. ἦχον δὲ μεγίστου καὶ βοῆς ἀπὸ τοῦ δρυὸς οἷον ἐξερχομένου αἰσθόμενος καὶ σφοδροτέρων ἀνέμων τηνικαῦτα πνεόντων, πτοηθείς, μὴ τῇ τούτων βίᾳ ὁ δρῦς κατενεχθῇ, τοσοῦτον διάστημα ἀποστάς, ὅπόσον ὁ δρῦς, εἰ κατενεχθείη, μὴ φθάσῃ καταρράξαι αὐτόν, ἐννεὺς ἵστατο. ὁ δ' εὐθὺς ὥσπερ ἐκ συνθήματος ῥιζόθεν ἀνασπασθεὶς εἰς γῆν ὠρᾶτο κείμενος. ὁ δὲ βασιλεὺς θαυμάζων εἱστήκει τὴν τοῦ θεοῦ περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν· λογοποιουμένην δὲ ἀποστασίαν περὶ τὴν ἕω μαθών, εἴσεισιν εἰς τὰ βασίλεια. καὶ τηνικαῦτα ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς μεγαλομάρτυρος Θέκλης ναὸν περικαλλῆ ἐδείματο, μεγαλοπρεπῶς μὲν κατεσκευασμένον καὶ ἱκανῇ δαπάνῃ, χειρός τε τὸ ποι-

1. ῥεύμασι : ὕδασι G. 3. χρονικὴν om. A. 4. ἅπαν om. G. 9. τοῦ CA, τῆς PG. ἐξερχομένης PG, alterum CA. 11. ὁ CA hic et infra, ἡ PG. 12. καταῤῥάξαι G et ab altera manu C, πατάξαι PA. 14. ὠρᾶτο A, ὁρᾶτο PG. 17. εἴσεισιν PG, ἄνεισιν A, ἐπανελθὼν Zonaras III. p. 215, qui Annae narrationem fere ad verbum expressit. vid. annotat. 19. τε : an δὲ? τὸ om. G.

commeatus omnis fluctibus immersus abripiebatur; homines et iumenta frigore obrigebant; mugiebat etiam tonitrubus coelum, fulguraque continua, nullo plane temporis intervallo, omnem circa terram inflammare quasi videbantur. haec cum videret imperator, in magna difficultate erat; et ubi paullisper tempestas remisit, plerisque fluctuum vi abreptis, inde cum ducibus decessit et sub fagum se recepit. sed cum ingentem clangorem ac quasi arbore exeuntem sonum percepisset, ventis vehementius tum flantibus, veritus, ne eorum impetu arbor everteretur, tanto spatio recessit ab arbore, quanto fagus, si caderet, se non prosterneret, ibique obstupefactus constitit. tum arbor, velut signo dato, extemplo evulsa radicitus, humi iacens cernebatur. imperator admirans dei de se curam adstabat. defectionis autem in Oriente rumore accepto, domum rediit, atque eo tempore Theclae, magnae martyri, pulcherrimum templum condidit, tum magnifice nec mediocri sumtu exstructum, tum varia arte ornatum; habitisque ibi ob salutem conservatam sacrificiis, qualia Christianis conveniunt, omni deinceps tempore divinis illic hymnis interesse consuevit. tali

κίλον ἔχοντα, σῶστρά τε θύσας ἐν αὐτῷ Χριστιανοῖς τὰ προσήκοντα, τοὺς θείους ὕμνους διὰ παντὸς ἐν αὐτῷ ἀπεπλήρου. οὕτω δὴ τὸ ἤδη ῥηθὲν ἱερὸν τέμενος ἐπ' ὀνόματι τῆς μεγαλομάρτυρος Θέκλης ἀνῳκοδόμητο, ἐν ᾧ τὰς ἐντεύξεις, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἡ βασιλὶς καὶ μήτηρ τοῦ αὐτοκράτορος Ἀλεξίου συνεχεῖς ἐπεποίητο. ἦν κἀγὼ βραχύν τινα τεθέαμαι χρόνον καὶ τεθαύμακα· καὶ ὅτι μὴ κόμπος τὰ ἤδη ῥηθέντα, ἴσασιν ἅπαντες καὶ ὁμολογήσαιεν, εἴ γε βούλοιντο, ὁπόσοι ἄτερ πάθους τὴν ἀλήθειαν ἐκκαλύπτειν ἐθέλουσιν. εἰ P. 91
μὲν γὰρ ἐγκωμιάζειν προειλόμην, ἀλλὰ μὴ ἱστορίαν ποιεῖν, ἐπὶ πλέον ἂν ἐπαφῆκα τὸν λόγον τοῖς περὶ τούτων διηγήμασι, καθάπερ φθάσασα ἐδήλωσα· νῦν δὲ ἐπανακτέον αὖθις αὐτὸν πρὸς τὸ προκείμενον.

9. Ἀσπαίρουσαν δὲ οἷον κατανοῶν τὴν βασιλείαν ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος, (καὶ γὰρ τὰ μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον οἱ Τοῦρκοι δεινῶς ἐληΐζοντο, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἑσπέραν λίαν εἶχε κακῶς, τοῦ Ῥομπέρτου πάντα κάλων κινοῦντος ἐφ' ᾧ τὸν προσεληλυθότα αὐτῷ ψευδώνυμον Μιχαὴλ εἰς τὰ βασίλεια B
εἰσάξαι· ὅπερ ἐμοὶ σκῆψις μᾶλλον δοκεῖ καὶ φιλαρχίας ἔρως, ἀναφλέγων αὐτὸν καὶ ἠρεμεῖν τὸ παράπαν μὴ συγχωρῶν· V. 76
ἔνθεν τοι καὶ Πάτροκλον πρόφασιν τὸν μοναχὸν Μιχαὴλ εὑρηκώς, τὸν τέως ὑποτυφόμενον τῆς φιλαρχίας σπινθῆρα εἰς

1. τὰ add. A. 3. δὴ om. C. 5. ἡ μήτηρ G. 9. ἐγκαλύπτειν G. 12. δ' ἐπανακτέον A. 13. προσκείμενον G. 14. δὲ om. A. τὴν βασιλειαν οἷον ὁρῶν ὁ Ἀλέξιος G. 19. ὅπερ σκῆψις ἦν αὐτῷ καὶ φιλαρχίας A. 21. Μιχαὴλ om. G.

ration magnae martyris Theclae aedes, quam diximus, aedeficata est; ubi, ut supra exposuimus, solennes preces regina imperatorisque Alexii mater faciebat. quam feminam et ego per breve tempus vidi et admirata sum. nec inani laudandi studio profecta esse, quae de ea scripsi, norunt omnes ac facile, si vellent, confirmarent, quicunque sine odio veritatem profiteri volunt. quodsi laudationem, non historiam scribere instituissem, multo profecto magis oratio in exponendis illis rebus versaretur, quemadmodum iam dixi; nunc autem revocanda oratio ad ea est, quae proposita sunt.

9. Imperator autem cum rem publicam quasi animam agentem cerneret, (nam et in Oriente Turcae misere fines vexabant, et occiduae provinciae admodum afflictae erant, Roberto omnem movente lapidem, ut Pseudomichaelem, qui eum adierat, in regiam reduceret: quae quidem simulatio potius et regnandi fuisse mihi videtur cupiditas, quae incendebat eum et quiescere omnino non sinebat; itaque cum Michaelem monachum invenisset, Pa-

πυρσὸν ἀνῆψε μέγαν, καὶ δεινῶς κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ὡπλίζετο, δρόμωνάς τε καὶ διήρεις ἑτοιμάζων καὶ τριήρεις, καὶ σέρμωνας καὶ φορταγωγοὺς ἑτέρας παμπληθεῖς ναῦς ἐκ τῶν παραλίων εὐτρεπίζων χωρῶν, κἀκ τῆς ἠπείρου δὲ δυνάμεις πολλὰς συλλέγων εἰς τὸ προκείμενον αὐτῷ συνεπαρηγούσας,) ἐν ἀμηχανίᾳ γοῦν ὁ γενναῖος ἐκεῖνος μεῖραξ γενόμενος καὶ μὴ ἔχων ὁποτέρωσε νεύσειεν, ἑκάστου τῶν πολεμίων πρὸς ἑαυτὸν τὴν μάχην οἷον προαρπάζοντος, ἠνιᾶτο καὶ ἤσχαλλε, μήτε στρατιὰν ἀξιόμαχον τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας ἐχούσης, (οὐ πλείους γὰρ τῶν τριακοσίων στρατιωτῶν ἦσαν, καὶ τούτων ἐκ τοῦ Χώματος, ἀναλκίδων πάντῃ καὶ ἀπειροπολέμων, καὶ ξενικῶν τινῶν εὐαριθμήτων βαρβάρων τῶν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ εἰωθότων κραδαίνειν ὦμου τὸ ξίφος,) μήτε σωρῶν χρημάτων τοῖς περὶ τὰ βασίλεια ταμείοις ἐναποκειμένων, δι' ὧν ξυμμαχίας τινὰς ἐξ ἀλλοδαπῶν μεταχαλέσοιτο. λίαν γὰρ ἀτέχνως περί τε τὰ πολεμικὰ καὶ στρατιωτικὰ διατεθέντες οἱ πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότες, ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ τῶν Ῥωμαίων συνήλασαν πάντα τὰ πράγματα. ἐγὼ γοῦν καὶ στρατιωτῶν αὐτῶν καὶ πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἐνίων ἀκήκοα, ὡς οὐδεμία τῶν πόλεων ἀπ' αἰῶνος ἐς τοσοῦτον ἀθλιότητος κα-

2. δρόμωνάς τε καὶ τριήρεις ἑτοιμ. καὶ διήρεις G, δρόμωνας δὲ τριήρεις ἑτ. καὶ διήρεις A. 4. δὲ om. A. 5. εἰς A, ἐς PG. 6. γοῦν add. A. vid. annot. 7. ἑκάστου A et in margine P, ἑκατέρᾳ PG, ἑκάτερα C. 12. ξενιακῶν A. τοῦ om. G. 15. συμμαχίας P. 16. ἀτεχνῶς A. τε om. G. 18. πάντα τὰ om. A. 19. αὐτῶν om. G, ἀκήκοα ἐνίων G.

troclum praetendens, ambitionis igne cineri hucusque supposito in magnam exardescente flammam, omni contentione bellum adversus Romanorum imperium parabat, dromones biremesque armans et triremes, ac sermones et onerarias alias permultas ex regionibus maritimis cogens, et ex continenti copias multas colligens, quae in bello, quod cogitabat, se adiuvarent,) hac igitur difficultate circumventus, cum iuvenis ille generosus nesciret, quo se verteret, hostium utroque utrique pugnam quasi praeripiente, aegritudine afficiebatur molesteque ferebat. nam neque exercitus satis magnus imperio Romano erat, (non plures enim quam trecenti erant milites iique ex Chomate oriundi, ignavi prorsus nec bello exercitati, et pauci admodum barbari auxiliares, qui in dextro solent humero securim gestare,) nec pecuniae vis in aerario regio asservabatur, qua auxilia peregre arcesseret. etenim cum summa in re bellica et militari fuissent inertia, qui ante eum imperium tenuerant, in angustias permagnas rem Romanam adduxerant. equidem et ab ipsis militibus et a senioribus nonnullis viris audivi, nullam unquam post hominum memoriam urbem in tantam miseriam prolapsam esse. male igitur se

τήχθη. εἶχεν οὖν τῷ αὐτοκράτορι δυσκόλως τὰ πράγματα, μεριζομένῳ φροντίσι παντοδαπαῖς. ὁ δὲ γενναῖος ὢν καὶ ἄτρεστος καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐμπειρίαν πολλὴν κεκτη- P. 97
μένος, ἐβούλετο ἐκ πολλοῦ κλύδωνος εἰς ἀλύπους ἀκτὰς τὴν βασιλείαν αὖθις ἐγκαθορμίσαι, τῶν ἐπανισταμένων ἐχθρῶν εἰς ἀφρόν, θεοῦ ἀρωγῇ, διαλυομένων κυμάτων δίκην, ὁπηνίκα ταῖς πέτραις προσαράξουσι. δέον οὖν ἔγνω πάντας τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν τοπάρχας ταχὺ μετακαλέσασθαι, ὁπόσοι φρούριά τε καὶ πόλεις κατέχοντες γενναίως τοῖς Τούρκοις ἀντικαθίσταντο. εὐθὺς οὖν πρὸς ἅπαντας διαφόρους σχεδιάζει γραφάς, πρός τε τὸν Δαβατηνὸν τοποτηρητὴν τηνικαῦτα τῆς κατὰ Πόντον Ἡρακλείας καὶ Παφλαγονίας χρηματίζοντα, καὶ τὸν Βούρτζην τοπάρχην ὄντα Καππαδοκίας καὶ Χώματος, B
καὶ τοὺς λοιποὺς λογάδας, δηλώσας μὲν καὶ ὁπόσα αὐτῷ ξυμπεσόντα θεοῦ προνοίᾳ εἰς τὴν αὐτοκράτορος περιωπὴν ἀνεβίβασεν ἐξ ὑπογυίου κινδύνου παραδόξως σωθέντα, παρακελευόμενος δὲ τῶν σφετέρων χωρῶν πρόνοιαν ἱκανὴν ποιησαμένους, κατασφαλίσασθαι αὐτὰς καὶ ἀποχρῶντας πρὸς τοῦτο στρατιώτας καταλιπεῖν, μετὰ δὲ τῶν ἐπιλοίπων εἰς τὴν Κωνσταντίνου παραγίνεσθαι, συνεπαγομένους καὶ νεολέκτους ἀχμῆτας, ὁπόσους δύναιντο. εἶτα δεῖν ἔγνω καὶ τὰ κατὰ τὸν Ῥομπέρτον, ὡς ἑνόν, προκατασφαλίσασθαι καὶ τοὺς προσρυο- C

3. ἄτρεστος A, ἄτρεπτος PG. 7. προσάξουσι A. 21. τὸν om. A. 22. κατασφαλίσασθαι A.

habebant imperatoris res, ac diversae eum curae trahebant. verum cum generoso et intrepido animo esset et magno rei bellicae usu, decreverat ex vehementi iactatione ad tuta littora rem publicam rursus appellere, hostibus, qui instabant, deo iuvante, in spumam evanescentibus, ut fluctus solent, cum ad scopulos alliduntur. necessarium igitur duxit, omnes in Oriente toparchas celeriter arcessere, quicunque arcibus urbibusque praeerant ac fortiter Turcis restiterant. itaque statim ad omnes litteras misit, ad Dabatenum, Heracleae Ponticae et Paphlagoniae tum temporis praefectum, et ad Burtzem, praesidem Cappadociae et Chomatis, et ad ceteros duces; quaeque sibi accidissent ac quomodo dei providentia ad imperatoris dignitatem evectus esset, ex praesenti periculo praeter exspectationem servatus, exposuit atque iis imperavit, ut postquam castellis quisque suis bene prospexissent eaque tuta praestitissent, idoneo militum numero in hunc usum relicto, cum ceteris copiis Cpolim convenirent, simulque novos milites quam plurimos in supplementum lectos adducerent. dein adversus Robertum sibi, quantum posset, praecavendum existimabat, et qui ad eum transire vellent duces comitesque, a conatu coercendos.

μένους ἐκείνῳ ἀρχηγούς τε καὶ κόμητας ἀπεῖρξαι τοῦ ἐγχειρήματος. ἐπειδὴ ὁ πρὸ τοῦ τὴν πόλιν αὐτὸν κατασχεῖν πρὸς τὸν Μονομαχάτον ἀποσταλείς, δι' οὗ εἰς βοήθειαν αὐτὸν μετεκαλεῖτο, χρήματά τε ἐπεζήτει ἀποσταλῆναί οἱ, γράμματα μόνον κομίζων ἦκεν αὐτῷ προφάσεις δηλοῦντα, καθάπερ
V. 77 φθάσαντες ἱστορήσαμεν, δι' ἃς δῆθεν ἔτι τοῦ Βοτανειάτου τῆς βασιλείας ἐγκρατοῦς ὄντος βοηθεῖν οὐκ ἠδύνατο· ταῦτα ἀναγνοὺς καὶ πτοηθείς, μὴ μαθὼν τὴν ἀπὸ τῆς βασιλείας
D τοῦ Βοτανειάτου ἔκπτωσιν, προσρυῇ τῷ Ῥομπέρτῳ, ἀθύμως εἶχε παντάπασι. τοιγαροῦν μετακαλεσάμενος τὸν σύγγαμβρον αὐτοῦ Γεώργιον τὸν Παλαιολόγον πρὸς τὸ Δυρράχιον ἐξαπέστειλε, (πόλις δὲ τοῦτο Ἰλλυρική,) παρακαλεσάμενος πάσῃ μηχανῇ χρήσασθαι, ὥστε ἀμαχητὶ ἐκεῖθεν ἐξεῶσαι τὸν Μονομαχάτον, ἐπεὶ μὴ ἀποχρῶσαν εἶχε δύναμιν, δι' ἧς τοῦτον ἄκοντα ἐκεῖθεν ἀπελάσει· πρὸς δὲ τὰς τοῦ Ῥομπέρτου μηχανὰς ἀντιπαλαμᾶσθαι, ὡς δύναμις. παρεκελεύσατο δὲ καὶ τὰς ἐπάλξεις καινοπρεπέστερον κατασκευάσαι, ἀνήλωτα τὰ πλείω τῶν ξύλων ἐάσαντα, ἵν' εἴ που διὰ κλιμάκων συμβαίη τοὺς Λατίνους ἀνελθεῖν, ἅμα τῷ τῶν ξύλων ἐπιβῆναι περιτρέπωνται ταῦτα καὶ σὺν τούτοις καταπίπτωσιν εἰς τοὔδαφος. ναὶ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῶν παραλίων πόλεων καὶ αὐτοῖς δὴ τοῖς νησιώταις πολλὰ διὰ γραφῶν παρηγγυᾶτο,

2. ἐπεὶ δ' G. 3. τῷ Μονομαχάτῳ G. 5. ἦκεν om. G. 11. ἐξαποστέλλει καὶ παρεκαλέσατο A. 13. ἀμαχεὶ G. 16. ἀντιμηχανᾶσθαι F et in margine P. δὲ add. G. 17. καινοπρεπέστερον FCA, καινοπρεπέστερα PG. 18. ἐάσαντα CA, ἐάσοντα PG. πως G. 19. περιτρέπονται GA. 21. μὲν G.

legatus, quem ante captam urbem ad Monomachatum miserat, ut in auxilium eum vocaret et pecunias inde sibi conficeret, litteras tantum retulerat, in quibus causa, ut supra exposuimus, perscripta erat, quamobrem scilicet Botaniate imperium adhuc obtinente auxiliari non posset. quibus litteris perlectis, cum Alexius metueret, ne de Botaniate imperio pulso certior ille factus, Roberto accederet, animi plane anxius, arcessivit congenerum Georgium Palaeologum ac Dyrrhachium, quod est oppidum Illyrici, misit omnemque adhibere machinam iussit, ut Monomachatum nulla adhibita vi eiiceret, quoniam per copias non liceret invitum inde pellere; Roberti autem conatibus, quantum posset, officeret. ad hoc praecepit, propugnacula novum in modum ita pararet, ut pleraque tigna clavis haud religarentur: ut si forte scalis Latini ascensuri essent, simulac tignis insisterent, everterentur haec et cum illis in terram ruerent. quin etiam maritima-

μὴ ἀναπεπτωκέναι, μηδὲ καταρραθυμεῖν ὅλως, ἀλλ' ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν διὰ παντὸς περιφραττομένους καὶ τὸν Ῥομπέρτον καραδοκοῦντας, μὴ ἐξ ἐφόδου τῶν παραλίων πόλεων ἐγκρατὴς γενόμενος καὶ αὐτῶν δὴ τῶν νήσων, πράγματα ἐσύστερον τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων παρέξῃ. P. 93

10. Ταῦτα μὲν οὕτω παρὰ τοῦ βασιλέως περὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ᾠκονόμητο, καὶ καλῶς τὰ τέως κατὰ πρόσωπον καὶ ἐν ποσὶ κείμενα τῷ Ῥομπέρτῳ κατοχυρώσας ὤπτο· ἀλλ' οὐδὲ τῶν κατὰ νώτων ἐκείνῳ προσισταμένων κατερραθυμηκὼς ἦν. γράμματα τοίνυν πρῶτον μὲν πρὸς τὸν ἀρχηγὸν Λογγιβαρδίας Ἑρμᾶνον ἐκθέμενος, εἶτα καὶ πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης, πρὸς δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Καπύης Ἔρβιον, πρὸς τοὺς πρίγκιπας, ἔτι γε μὴν καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἀρχηγοὺς τῶν Κελτικῶν χωρῶν, δώροις τε μετρίοις τούτους δεξιωσάμενος καὶ ὑποσχέσεσι πολλῶν δωρεῶν καὶ ἀξιωμάτων, πρὸς τὴν κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἔγθραν ἠρέθιζεν· ὧν οἱ μὲν τῆς πρὸς τὸν Ῥομπέρτον φιλίας ἤδη ἀπέστησαν, οἱ δὲ ὑπισχνοῦντο, εἰ πλείονα λάβοιεν. ὑπὲρ πάντας δὲ τούτους τὸν ῥῆγα Ἀλαμανίας γινώσκων δυνάμενον πᾶν ὅ τι καὶ βούλοιτο κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου καταπράξασθαι, ἅπαξ καὶ δὶς γράμματα πρὸς αὐτὸν ἐκπέμψας καὶ διὰ μειλιχίων λόγων καὶ παντοίων ὑπο- B

2. περιφραττομένους FCA et in margine P, περιφυλαττομένους PG. τὸν om. G. 3. ἐφόδου πασῶν τῶν παραλίων ἐγκρατὴς A. 5. παρέξει ῥωμαίων A. 7. τέως om. A. 9. κατὰ νώτου? 12. ἐπίσκοπον A. 18. ἀλαμανίας A, ἀλλαμανίας PG.

rum urbium praefectos et ipsos insularum incolas magnopere per litteras hortatus est, ne caderent animis neve ignaviter agerent, sed vigilarent sobrieque semper se protegerent ac Robertum exspectarent; ne primo is impetu maritimis potitus urbibus et ipsis insulis, Romanorum imperio in posterum negotium facesseret.

rator gladio repulit, et vehementem intorquens ictum, carpum percussit manumque a reliquo abscidit corpore; tertius imperatorem recta in fronte ferit. verum ille, quo erat praesenti ac firmo animo, nihil omnino confusus, ingenii dexteritate celerrime, quid opus esset, perspexit. itaque ubi venientem sensit ictum, supinum se in equi caudam reiecit; quo factum est, ut cute dumtaxat corporis leviter perstricta, cuspidis mucro ad summam offensus galeam, lorum, quo sub mento ea adstringitur, ruperit ipsamque in terram deiecerit. tum Gallus, excussisse se imperatorem equo ratus, praetervehitur; illo statim erectus, in sella firmiter insedit, nullis amissis armis. immo strictum manu tenens gladium, sanguine suo cruentatus, nudo capite, coma flava splendidaque oculis circumfusa, non sine molestia: nam equus efferatus et freni impatiens exsultando effecit, ut incomposite crines in frontem defluerent: tamen vel sic, ubi se, quantum poterat, revocavit ad seipsum, hostibus se obiecit. verum ubi etiam Turcas

ἐναντίους ἀντικαθίστατο. ἐπεὶ δὲ καὶ τοὺς Τούρκους φεύγοντας ἑώρα καὶ αὐτὸν τὸν Βοδῖνον ἀπολέμητον ὑποχωροῦντα· ὡπλισται γὰρ καὶ οὗτος καὶ εἰς πολέμου τύπον τὸ αὐτοῦ διατυπώσας στράτευμα, κατὰ ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν ἵσταιο, ὡς
P. 118 ἐπαρήξων τάχα τῷ αὐτοκράτορι κατὰ τὰς πρὸς αὐτὸν γεγενημένας συνθήκας· ἐκαραδόκει δέ, ὡς ἔοικεν, ἵνα, εἰ μὲν τὴν ῥοπὴν τῆς νίκης τῷ αὐτοκράτορι δοθεῖσαν γνοίη, ἐπιτεθείη καὶ αὐτὸς τοῖς Κελτοῖς, εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀτρεμήσῃ τε καὶ ὀπισθύπους γένηται· ταῦτα διαλογιζόμενος, ὡς ἐξ ὧν ἐπε-
V. 95 πράχει δῆλον, καὶ τὴν νικῶσαν ἀπάρτι τοὺς Κελτοὺς ἐγνωκὼς ἔχοντας, ἄγευστος πολέμου τὸ παράπαν, οἷα δὴ ἐπαναδεδραμήκει· ὃ δὲ αὐτοκράτωρ ταῦτα θεασάμενος καὶ μη-
B δένα τὸν αὐτῷ ἐπαμύνοντα βλέπων, τὰ μετάφρενα καὶ αὐτὸς τηνικαῦτα δίδωσι τοῖς ἐναντίοις. καὶ οὕτως ἐδίωκον οἱ Λατῖνοι τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα.

7. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος καταλαβὼν τὸ τέμενος τοῦ ἁγίου Νικολάου, ὅπου καὶ ἡ βασιλικὴ σκηνὴ καὶ ἅπασα ἡ σκευὴ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος, ὑπόσους εὐσθενεῖς εἶχε, τὸν βασιλέα διώκειν ἐκπέπομφεν, αὐτοῦ που αὐτὸς ἐγκαρτερῶν, φανταζόμενος τὴν τοῦ αὐτοκράτορος κατάσχεσιν. τοιοῦτοι γὰρ λογισμοὶ τούτου τὸ ὑπέρογκον ἐξέκαιον φρόνημα. οἱ δὲ εὐψύχως μάλα τοῦτον ἐδίωκον μέχρι τύπου τινὸς παρὰ τῶν

1. ἀντικαθιστᾷ A. 3. τόπον CG. 5. τὰς om. G. 11. τοῦ πολέμου G. τὸ om. G. 12. καὶ ὡς μηδένα PA, ὡς om. CG. 13. ἀπαμύνων G. 19. αὐτοὺς ἐγκαρτεροῦντας A. 22. παρὰ τῶν ἐγχωρίων : ἐγχωρίως A.

fugientes vidit et ipsum Bodinum, pugna haud tentata, recedentem, (erat enim hic quoque in armis, et proelii more agmine suorum instructo, ita se gesserat hoc die, tanquam auxilium imperatori iam iamque ex pacto laturus; sed morabatur aperte, ut, si victoriam ad imperatorem se inclinare cerneret, Gallos et ipse aggrederetur; sin minus, pugnando abstineret sequo reciperet: qui cum talia, ut re ipsa apparuit, animo agitaret, simulac victoriam in Gallorum manibus esse intellexit, proelii omnino expers, domum se proripuit,) ubi igitur haec imperator vidit, sequo destitutum plane ab omnibus cognovit, tergum et ipse tandem hostibus dedit. sicque Latini exercitum Romanum persequebantur.

7. Postquam Robertus S. Nicolai templum occupavit, ubi praetorium omniaque Romani exercitus supellectilia erant, valentissimos quos habebat milites ad insequendum imperatorem misit, dum ipse ibidem permanet, fore ut imperator caperetur, sperans. quales cogitationes spiritus eius atque arrogantiam alebant. illi strenuissimo

ἐγχωρίων καλουμένου Κακὴ Πλευρά. ἡ δὲ τούτου θέσις πο- C
ταμὸς ῥέων κάτωθεν ὁ Χαρζάνης καλούμενος, ἔνθεν δὲ ὑπερ-
κειμένη πέτρα ὑψηλή. ἀναμεταξὺ δὲ τούτων φθάνουσιν αὐ-
τὸν οἱ διώκοντες· οἳ καὶ παίουσιν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀριστερὰν
πλευρὰν διὰ τῶν δοράτων, (ἐννέα δὲ ἦσαν ξύμπαντες,) καὶ
ἐπὶ τὰ θάτερα κλίνουσι. τάχα δ' ἂν καὶ ἐπεπτώκει, εἰ μὴ τὸ
ξίφος, ὃ τῇ δεξιᾷ κατεῖχε χειρί, ἔρθασεν ἐναπερεισθῆναι τῇ
γῇ. ναὶ μὴν καὶ ἡ τοῦ μύωπος ἀκμὴ τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς
ἐνδακοῦσα τὸ ἄκρον τῆς ἐφεστρίδος, ὃ ὑπόστρωμα λέγουσιν,
ἀκλινέστερον τὸν ἱππότην ἐποίει. καὶ αὐτὸς δὲ τῇ λαιᾷ τῆς D
χαίτης δραξάμενος τοῦ ἵππου, ἀνεῖχεν ἑαυτόν. βοηθεῖται
μέντοι ἐκ θείας τινὸς δυνάμεως, σωτηρίαν παρ' ἐχθρῶν αὐ-
τῷ κομιζούσης παραδόξως. ἀναφύει γὰρ δεξιόθεν ἄλλους
Κελτοὺς τὰ δόρατα πρὸς ἐκεῖνον ὀρθώσαντας· οἳ καὶ τὰ
ἄκρα τῶν δοράτων κατὰ τὴν δεξιὰν πλευρὰν ἐμβαλόντες, ὤρ-
θωσάν τε ἀθρόον τὸν στρατιώτην καὶ εἰς τὸ μέσον κατέστη-
σαν. καὶ ἦν ἰδεῖν θαῦμα παράδοξον. οἱ μὲν γὰρ ἐξ εὐωνύμων P. 119
ἀνατρέπειν ἠπείγοντο, οἱ δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν τὰ δόρατα τῇ
πλευρᾷ πήξαντες, ὥσπερ τοῖς πρώην ἐναντιούμενοι καὶ ἀντε-

1. καικὴ C. 2. ἔνθεν δὲ : ἔνδοθεν A. 5. δ' G. ἦσαν om. C. 6. τὰ add. A. 7. κατέσχε A. 9. λέγουσιν A, λέγουσι PG. 10. ἀκλινέστερον CA, κλινέστερον PG. 11. δραξάμενος τοῦ ἵππου AG, τοῦ ἵ. δραξάμενος P. 12. μέντοι : μὲν CG. παρ' : ἐξ CG. 13. κομιζούσης αὐτῷ G. ἀνεφίει G, ἀνεφύει A, ἀναφύει P. γὰρ : μὲν A. 15. ἐκβαλόντες G. 16. ἀθρόως C. 19. τοῖς πρώην : αὐτοῖς πάλιν A. ἀντερείδονιες — δόρατα : ἀντιβάλλοντες δεξιόθεν τὰ δόρατα A.

imperatorem persequebantur usque ad locum, quem incolae Cacepleura vocant. cuius loci hic situs est: fluit infra qui Charzanes appellatur amnis; hinc alta imminet rupes. inter utrumque imperatorem deprehendunt hostes insectantes; qui quidem laevum eius latus hastis percutiunt, (novem omnino erant,) et in dextram partem eum inclinant. deiecissentque fortasse equo, nisi ensis, quem dextra tenebat, solo innisus eum sustinuisset. etiam calcaris laevi aculeus, extremo strato, quod substramen dicitur, implicitus, firmius equo inhaerentem reddidit. atque adeo ipse, laeva manu equi correpta iuba, sese sustinebat. quanquam servatus est ope quadam divina, quae salutem ei ab hostibus praeter spem attulit. immisit enim a dextra alios Gallos, qui cum imperatorem hastis peterent easque dextro eius lateri applicarent, erigebant repente illum et in medio strato collocabant. ac spectaculum erat miraculi plenum. nam a laeva alteri deiicere nitebantur, alteri, dextro lateri hastis infixis, dum illis quasi adversantur

ρείδοντες δόρασι δόρατα, ἐπ' ὀρθοῦ σχήματος τὸν βασιλέα ἐποίησαν. ἐδράσαντος δὲ ἑαυτὸν γενναιότερον καὶ συσφίγξαντος περιβάδην τὸν ἵππον ὁμοῦ καὶ τὴν ἐφεστρίδα, τηνικαῦτα γίνεταί τι τῆς γενναιότητος ἐκείνου τεκμήριον. ὁ γὰρ ἵππος ἄλλως μὲν καὶ θερμότατος ὢν καὶ ὑγροσκελής, ἄλλως δὲ καὶ
B ἀθλητικώτατος καὶ πολεμικός, (ἔφθη γὰρ ὅπου τοῦτον ἀναλαβέσθαι τοῦ Βρυεννίου μετὰ τῆς ἐρυθροβαφοῦς ἐφεστρίδος, ὁπότε τοῦτον εἷλεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης, βασιλεύοντος ἔτι Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου,) τὸ δὲ ὅλον εἰπεῖν, ὑπὸ θείας προνοίας ἐμπνευσθείς, πάλλεταί τε εὐθὺς καὶ διαέριος γίνεται καὶ ἐπ' ἄκρου τῆς εἰρημένης πέτρας ἐφίσταται, ὥσπερ ὑπόπτερος κουφισθεὶς καί, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ μύθου, Πεγάσου πτερὰ λαβών· Σγουρίτζην τουτονὶ τὸν ἵππον ὁ Βρυέννιος
C ὠνόμαζεν. τὰ δὲ τῶν βαρβάρων δόρατα, ὥσπερ κενεμβατήσαντα τὰ μὲν καὶ τῶν χειρῶν τούτων ἐξέπεσον, τὰ δὲ διαπεπαρμένα τοῖς μέρεσι τοῦ ἐσθήματος τοῦ βασιλέως ἐναπομείναντα, μετεωρισθέντα τῷ ἵππῳ συνηκολούθησαν. ὁ δὲ
V. 96 εὐθὺς ἀποκόπτει τὰ ἐπαγόμενα δόρατα. καὶ οὔτε τεθορύβηται τὴν ψυχὴν ἐν τοσούτοις δεινοῖς καταστάς, οὔτε συνεθολώθη τοὺς λογισμούς, ἀλλὰ ταχὺ τοῦ συνοίσοντος γίνεται καὶ τὸ παράδοξον ἐκ μέσου αὐτῶν ποιεῖται. οἱ δέ γε Κελτοὶ

2. ἐδράσαντες G. ἑαυτὸν : αὐτοῦ Δ. 4. τι om. CAG. 5. καὶ tertium add. AG. 9. τοῦ Βοταν. Νικηφορου G, τοῦ Βοτανιάτου omisso Νικηφόρου A. 10. ὑπάλλειαί AG. lege ὑφάλλεται. 12. τὸ : τὰ G. τοῦ μύθου A, τῶν μύθων PG. 13. τὸν ἵππον ὠνόμαζον A, ὠνόμαζεν ὁ Βρυέννιος G. 15. καὶ om. A. 16. μέλεσι τοῦ βασιλέως AG. 19. τοιούτοις G. 21. αὐτῶν AG, ἑαυτὸν P.

et hastis hastas obiiciunt, imperatorem erectum constituebant. qui ubi in sede se certius firmavit et equum pariter ac stratum feminibus constrinxit, fortitudinis documentum ab illo editum est. etenim equus, cum ceteroquin et pervervidus esset firmisque cruribus, et plane aptus ad belli certamina. (acceperat eum a Bryennio quondam cum purpureo ephippio, cum is in proelio captus esset, Nicephoro Botaniate etiam tum imperatore,) divina denique providentia inflammatus, subsilit repente in altum et in summa rupe, cuius modo meminimus, insistit, velut volucris sublatus atque, ut in fabula est, Pegasi alas nactus: Sguritzem hunc equum Bryennius nominaverat. barbarorum hastae, partim in vanum coniectae, horum manibus excidebant, aliae infixae vestimentis imperatoris inhaerentesque, sublime una cum equo ferebantur; quas ille statim excussit. ac licet in tanto discrimine versaretur, tamen nec perturbatus animo erat, nec consilii inops, sed statim, quod facto opus erat, aggressus, miraculum e medio amolitur.

λεχηνότες εἱστήκεσαν, τὸ γεγονὸς ἐκπληττόμενοι· καὶ γὰρ ἦν ἐκπλήξεως ἄξιον· θεασάμενοι δὲ τοῦτον ἐφ' ἑτέραν τραπέντα, καὶ αὖθις ἐδίωκον. ὁ δὲ ἐπὶ πολὺ νῶτα τοῖς μεταδιώκουσι στρατιώταις διδούς, στρέψας τὸν χαλινὸν καὶ συναντήσας ἑνὶ τῶν διωκόντων, διελαύνει τὸ δόρυ τοῖς στέρνοις. D ὁ δὲ τηνικαῦτα εἰς γῆν ὕπτιος ἔκειτο. ὁ δὲ βασιλεὺς αὖθις τὰς ἡνίας στρέψας, εἶχετο τῆς προτέρας ὁδοῦ. συναντᾷ τοίνυν ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν διωκόντων τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις Κελτοῖς οὐκ ὀλίγοις· οἱ δὲ πόρρωθεν τοῦτον θεασάμενοι, συνησπικότες ἔστησαν, τούς τε ἵππους ἀναψῦξαι βουλόμενοι, ἅμα δὲ καὶ ζωγρῆσαι τοῦτον ἐθέλοντες κἀντεῦθεν ὥσπερ τι λάφυρον τῷ Ῥομπέρτῳ κομίσαι. ὁ δὲ ἅμα μὲν τοὺς ὄπισθεν φεύγων διώκοντας καὶ τοὺς ἔμπροσθεν θεασάμενος, ἀπεγνώκει τὰς σωζούσας ἐλπίδας. συλλεξάμενος δὲ ἑαυτόν, ἐπεὶ P. 120 τῶν ἄλλων μέσον τινὰ ἐθεάσατο, ἀπό τε τοῦ σώματος καὶ τῆς τῶν ὅπλων ἀποπαλλομένης αἴγλης τὸν Ῥομπέρτον εἶναι νομίσας, καταστήσας τὸν ἵππον, κατ' αὐτοῦ φέρεται· κἀκεῖνος δ' ἐκεῖθεν, πρὸς αὐτὸν τὸ δόρυ εὐθύνας. καὶ μέντοι γε καὶ συνελάσαντες ἄμφω κατὰ τὸ μεταίχμιον, κατ' ἀλλήλων ἵενται. πρότερος δὲ ὁ αὐτοκράτωρ διαθύνας τὴν χεῖρα, παίει τοῦτον διὰ τοῦ δόρατος· τὸ δὲ αὐτόθεν διὰ τῶν μαζῶν εἰς

1. εἱστήκεσαν A, εἱστήκησαν PG. 3. τὸ πολὺ A. 4. τοὺς χαλινοὺς AG. 6. αὖθις : εὐθὺς G. 11. κἀντεῦθεν : καὶ A. 13. διώκοντας φεύγων A. 14. ἐπεὶ A, ἐπὶ PG. 17. φέρεται : φαίνεται A. 18. τὸ δόρυ om. A. γε om. A. 19. μεταίχμιον AG, μεσαίχμιον P. ἵενται P, recto AG. 20. πρότερος A, πρότερον PG.

Galli hiantes stabant, re haud immerito perculsi; mox altrorsum fugientem conspicati, rursus insequuntur. verum ille, postquam diu insequentibus militibus terga dedit, versis habenis, uni instantium occurrit, et pectus hasta transfixit. is statim supinus humi procubuit. at imperator, converso rursus equo, eodem quo antea itinere perrexit. nec paucis obviam fit Gallis, qui Romanas copias ulterius persecuti erant; qui ut procul eum conspexere, confertim subsistunt, ut et equis paullulum quietis darent, et vivum Alexium caperent, captumque veluti spolium ad Robertum adducerent. ibi tum imperator, qui et persequentes a tergo hostes fugeret, et obviam a fronte factos cerneret, de salute desperavit. sed animo collecto, cum in hostium globo quempiam animadvertisset, quem et proceritate corporis et armorum fulgore Robertum esse suspicabatur, recta eum equo petit. idem alter facit, hastam in Alexium torquens. ita in medio concurrunt ambo seque invicem aggrediuntur. prior imperator, directa manu, percutit eum hasta, quae illico per pectus in dorsum traiicitur.

τὰ μετάφρενα διεκβάλλεται. καὶ τὸν μὲν βάρβαρον αὐτίκα
B εἶχεν ἡ γῆ· εὐθὺς δὲ τοῦτον ἀφῆκε καὶ ἡ ψυχή, τῆς τρώσεως καιρίας γεγενημένης. καὶ τοῦ λοιποῦ ὁ βασιλεύς, διασχισθείσης τῆς φάλαγγος, διὰ μέσων αὐτῶν ἐξιππάσατο, ἄδειαν ἑαυτῷ ἐφευράμενος τὴν σφαγὴν τοῦ βαρβάρου τούτου. οἱ δ' εὐθὺς τὸν τρωθέντα εἰς γῆν ἐρριμμένον θεασάμενοι, περιχυθέντες τῷ κειμένῳ, περὶ αὐτὸν διεπονοῦντο. καὶ οἱ ὄπισθεν δὲ τὸν βασιλέα διώκοντες τούτους θεασάμενοι, ἀποβάντες τῶν ἵππων καὶ γνωρίσαντες τὸν ἄνδρα, ἐκόπτοντο ὀλολύζοντες. ἀλλ' ὁ Ῥομπέρτος μὲν οὐκ ἦν, ἕτερος δὲ τῶν ἐπιφανῶν καὶ ὁ τούτου δεύτερος. τούτων δὲ ἀσχολουμένων, ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰ πρόσω τὴν πορείαν ἐπεποίητο.

C 8. Ἀλλ' ἔγωγε μεταξὺ τῶν λόγων ἐπελαθόμην τὸ μὲν διὰ τὴν φύσιν τῆς ἱστορίας, τὸ δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ὑπερβολήν, ὅτι πατρὸς κατορθώματα γράφοιμι. μηδὲ γὰρ βουλομένη τὴν ἱστορίαν ὕποπτον θεῖναι, πολλάκις παρατρέχω τὰ τοῦ πατρός, μήτε αὐξάνουσα, μήτε πλάτος περιτιθεῖσα. εἴθε γὰρ ἐλευθέρα ἦν τοῦ πάθους τούτου τοῦ πατρικοῦ καὶ ἀπόλυτος, ἵνα καθάπερ ὕλης ἀμφιλαφοῦς δραξαμένη, τὴν σοβάδα γλῶσσαν ἐνεδειξάμην, ὁπόσην ἔχει περὶ τὰ

2. εἶχε γῆ A, εἶχεν γῆ P, εἶχε ἡ γῆ G. δὲ A, γὰρ PG. ἀφῆκεν ἡ G, ἀφῆκεν καὶ ἡ P, recte A. 3. ὁ βασιλεὺς τοῦ λοιποῦ G. 5. ἑαυτῷ A, αὐτῷ PG. τούτου om. A. 6. δὲ G. 7. διαχυθέντες A. τῷ add. A. διεπονοῦντο : κατεθρηνοῦντο A. ἀλλὰ καὶ A. 8. δὲ add. C. 12. πεποίητο A. 14. καὶ om. CG. 16. μετατρέχω CG. 17. πλάτος : πάλιν CG. περιτιθεῖσα C, περιτεθεῖσα PG.

statim humi barbarus prostratus, animam efflat, gravi accepto vulnere. mox divisa imperator phalange, per medios ferebatur hostes, opportunitatem ex barbari istius nece nactus. nam illi ut vulneratum et humi stratum conspexere commilitonem, accurrebant et in iacente occupati erant. nec qui a tergo imperatorem persequebantur, cum hos vidissent, non descenderunt equis agnitumque planxerunt ululantes. quanquam Robertus non erat, verum nobilium unus et a Roberto secundus. sic igitur istis occupatis, imperator iter porro perrexit.

8. Verum ego, dum haec narro, oblita sum et propter historiae naturam et propter facinora inaudita, patris me res gestas describere. etenim ne historiae fidem suspectam reddam, saepe transcurro, quae de patre narranda sunt, nec exaggerans ea, nec copiose tractans. quod utinam vacua essem ab hoc erga parentem affectu et soluta! certe in amplissimo veluti campo libero excurrens, quantum oratio mea in tractandis rebus praeclare gestis usum habeat, probassem. nunc

καλὰ τὴν οἰκείωσιν. ἐπηλυγάζει δέ μου τὸ πρόθυμον ἡ φυ- D
σικὴ στοργή, μή πως δόξαιμι τοῖς πολλοῖς ὑπὸ προθυμίας V. 97
τοῦ λέγειν περὶ τῶν κατ' ἐμαυτήν, τερατολογίας παρέχειν
ὑπόληψιν. καὶ γὰρ ἂν πολλαχοῦ τῶν κατορθωμάτων τῶν
πατρικῶν μεμνημένη, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν ἀπεστάλαξα, ξυγ-
γράφουσά τε καὶ διηγουμένη, ἐν ὑπόσοις κακοῖς περιπέπτωκε, P. 121
καὶ οὐδ' ἄνευ μονῳδίας καὶ θρήνου τὸν τόπον παρῆλθον.
ἀλλ' ἵνα μὴ ῥητορεία κομψή τις ᾖ κατὰ τὸ μέρος ἐκεῖνο τῆς
ἱστορίας, ὥσπερ τις ἀπαθὴς ἀδάμας καὶ λίθος, παρατρέχω
τὰς τοῦ πατρός μου ξυμφοράς. ἅπερ ἔδει κἀμὲ καθάπερ
ἐκεῖνον τὸν Ὁμηρικὸν νεανίσκον εἰς ὅρκον προφέρειν (οὐδὲ
γάρ εἰμι χείρων ἐκείνου τοῦ λέγοντος "οὐ μὰ Ζῆν', Ἀγέλαε,
καὶ ἄλγεα πατρὸς ἐμεῖο") πρὸς τὸ εἶναι καὶ λέγεσθαι φιλο-
πάτωρ. ἀλλὰ τὸ μὲν πάθος τὸ πατρικὸν ἐμοὶ μόνῃ καταλε-
λείφθω καὶ θαυμάζειν καὶ ὀλοφύρεσθαι, τὰ δὲ τῆς ἱστορίας B
ἐχέσθω. μετὰ ταῦτα οἱ μὲν Κελτοὶ τῆς πρὸς τὸν Ῥομπέρ-
τον ὁδοῦ φερούσης εἴχοντο. ὁ δὲ κενοὺς τούτους θεασάμε-
νος, πυθόμενός τε τὰ τούτοις συμπεσόντα, πάντας μὲν μεγά-
λως κατῃτιᾶτο, ἕνα δὲ τούτων ἔκκριτον καὶ μαστίζειν ἠπεί-
λει, ἄνανδρόν τε ἀποκαλῶν καὶ ἀπειροπόλεμον· καὶ ὅτι μὴ
καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς πέτρας μετὰ τοῦ ἵππου ἀνέθορε, καὶ τὸν

1. ἐπηλυγάζει C, ἐπιλυγάζει PG. 5. ἀπεστάλαξα C, ἐπεστά-
λαξα PG. 6. πόσοις CG. κακοῖς C et in margine P, καιροῖς PG. 8. ἵνα ἡ τορεία G. ἐκεῖνο om. G. 10. μου om. C. 17. θεασάμενός τε καὶ τὰ συμπεσόντα A. 19. ἠτιᾶτο μὲν πάντας μεγάλως A. τῶν τούτων A. 21. τὴν πέτραν A.

coercet hanc animi propensionem naturalis amor, ne forte multitudini videar, domesticas res celebrandi cupiditate fabulosae narrationis praebere suspicionem. ac si frequenter ea, quae pater meus bene gessit, commemorarem, lacrimis confecta essem in describendis tantis malis, quibus ille circumventus est; nec vero etiam sine lamentis luctuque locum praetermisissem. verum ne oratorius quidam fucus illam historiae partem adulteret, veluti adamas durus aut silex, patris mei casus transcurro; quos quidem etiam me, ut Homericum illum iuvenem, ad iusiurandum (nec enim deterior sum illo, qui ait "non per Iovem, Agelae, et per patris mei mala") adhibere oportebat, quo patris amans et essem et dicerer. sed casus paterni mihi soli relinquantur et admirandi et deplorandi; in sequentibus autem historiam enarrare pergam. postea Galli ad Robertum rediere. qui ubi vacuos eos conspexit, et quae ipsis acciderant audivit, cum omnes vehementer obiurgavit, tum unum inter ceteros insignem etiam flagris se caesurum esse minabatur, ignavum reique bellicae imperitum eundem dicens. atque

βασιλέα Ἀλέξιον ἢ κρούσας ἀνεῖλεν ἢ δραξάμενος ζῶντα ἤγαγε, τὰ πάνδεινα πάσχειν ᾤετο. ἦν γὰρ ὁ Ῥομπέρτος οὗτος
C τἆλλα μὲν εὐψυχότατός τε καὶ φιλοκινδυνότατος, πικρίας δὲ ὅλος ἄνθρωπος, καὶ ἐν ῥισὶν ἐπικαθήμενον ἔχων τὸν χόλον καὶ τὴν καρδίαν μεστὴν θυμοῦ καὶ ὀργῆς ἔμπλεων, καὶ οὕτως ἔχων περὶ τοὺς πολεμίους, ὡς ἢ τὸν ἀντικαθιστάμενον διαπεῖραι τῷ δόρατι, ἢ ἑαυτὸν διαχρήσασθαι, παρὰ τὸν Μοιραῖόν, φησι, κλωστῆρα ἀπαλλαττόμενος. ὁ μέντοι στρατιώτης ἐκεῖνος, ὃν ὑπ' αἰτίαν ὁ Ῥομπέρτος ἦγε, τό τε ἀνεπίβατον καὶ ὀξὺ τῆς πέτρας μάλα σαφῶς διηγεῖτο, καὶ ὅτι εἰς τὸ μετεωρότατον ὁ τόπος ἐπῆρτο, καὶ ὡς ἡ πέτρα ὀξεῖα ἦν καὶ ἀκροσφαλής, καὶ ὡς οὐδένα οὐ πεζόν, οὐχ ἱππότην ἐπιβῆναι ταύτης δυνατὸν ἄνευ θείας τινὸς μηχανῆς, μὴ ὅτι γέ τινα πο-
D λεμούμενον καὶ μαχόμενον, ἀλλ' οὐδ' ἄνευ πολέμου τινὸς εἶναι δυνατὸν ἀποπειρᾶσθαι τῆς πέτρας. "εἰ δέ μοί" φησι "καὶ διαπιστοίης, ἐπιχειρήσας ἢ αὐτὸς σὺ ἤ τις ἄλλος τῶν ἱππο-τῶν ὁ θαρραλεώτατος, τῶν ἀμηχάνων αἰσθήσεται. εἰ δ' οὖν, ἀλλ' εἴ τις ἀναφανεῖται τῆς πέτρας περιγενόμενος, μὴ ὅτι γε ἄπτερος, ἀλλὰ καὶ ὑπόπτερος ὤν, ἕτοιμος αὐτὸς πᾶν ὅ τι δεινὸν ὑποστῆναι καὶ ἀνανδρίαν κατακριθῆναι." ταῦτα εἰ-
P. 122 πὼν μετὰ θαύματος καὶ ἐκπλήξεως ὁ βάρβαρος τὸν ἐπίχολον Ῥομπέρτον κατέστειλέ τε καὶ εἰς θαῦμα ἐκίνησεν ἀφέμενον

1. ἀνήγαγε CG. 4. ἐν C, ἐπὶ PG. 9. αἰτίασιν CG. 12. ἀκροσφαλὴς G, ἀκροφαλὴς P. 12. οὐχ : χχ G. 15. μοί : μή A. καὶ om. AG. 16. ἢ αὐτὸς : καὶ αὐτὸς G. ἄλλος τις A. 19. ὅ τι : εἴτι C. 20. δεινὸν : δυνατὸν CG. ἀνανδρίαν C, ἀνανδρίας PG. 22. τε om. G.

is, quod non et ipse in saxum cum equo insiluisset, nec imperatorem Alexium sive ictu trucidasset, sive vivum adduxisset captum, gravissima quaeque passurus sibi videbatur. erat quippe Robertus cum fortissimus et maxime temerarius, tum praecipue ad saevitiam proclivis, et naribus quasi insidentem iram habebat animumque iracundiae ac stomachi plenum, atque ita se in hostes gerebat, ut aut adversarium hasta transfigeret, aut ipse sibi mortem consciscceret, Parcarum, ut aiunt, filo vel contra fatum rupto. sed miles ille, in quem culpam Robertus conferebat, quam praerupta atque praeceps rupes illa esset, clare exponebat; altissime locum exsurgere, rupem summa proclivitate esse, neque quenquam, nec peditem nec equitem, sine divina quadam machina ascendere in eam posse, et tantum abesse, ut pugnanti et lacessito id contingat, ut ne extra quidem proelium rupes superari queat. "quod si mihi, inquit, fidem non habes, vel tu ipse vel alius quidam equitum audacissimus cum expertus fuerit, id nullo modo fieri posse senties; sin quis erit, qui in verticem rupis enita-

τοῦ ὀργίζεσθαι. ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς ἐλιγμοὺς τῶν παρακειμένων ὀρῶν καὶ πᾶσαν τὴν δύσβατον ἀτραπὸν ἐν δυσὶ νυχθημέροις διεξελθών, καταλαμβάνει τὴν Ἀχρίδα. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τὸν Χαρζάνην διελθὼν καὶ μικρὸν περὶ τὴν καλουμένην Βαβαγορὰν ἐγκαρτερήσας, (τέμπος δ' αὐτὴ δύσβατόν ἐστι,) μήθ' ὑπὸ τῆς ἥττης, μήθ' ὑπὸ τῶν ἄλλων τοῦ μόθου κακῶν τὸν νοῦν συγχυθείς, μήθ' ὑπὸ τῆς κατὰ τὸ μέτωπον τοῦ τραύματος ὀδύνης ὑποχαλάσας, κἂν τὰ ἐντὸς ὑπὸ τῆς B
λύπης τῶν ἐν τῇ μάχῃ πεπτωκότων καὶ μᾶλλον τῶν γενναίως V. 98
ἀγωνισαμένων ἀνδρῶν ἐξεφλέγετο· ἀλλ' ὅμως ὅλος τῆς πόλεως ἦν Δυρραχίου καὶ ταύτης ἐμέμνητο, ἀχθόμενος ὅτι ἄτερ ἡγεμόνος καταλέλειπτο, τοῦ Παλαιολόγου διὰ τὴν ὀξεῖαν συμβολὴν τοῦ πολέμου μὴ δυνηθέντος ἐπαναστρέψαι. καί, ὡς ἐνόν, τοὺς κατ' αὐτὴν ἠσφαλίσατο καὶ τὴν τῆς ἀκροπόλεως φρουρὰν τοῖς ἐκκρίτοις Βενετίκοις τῶν ἐκεῖσε ἀποίκων ἀνέθετο, τὴν δέ γε ἐπίλοιπον πᾶσαν πόλιν τῷ ἐξ Ἀρβανῶν ὁρμωμένῳ Κομισκόρτῃ, τὰ συνοίσοντα διὰ γραμμάτων ὑποθέμενος.

5. Βαρβαγορὰν G. lege αὕτη. 6. τῶν add. G. τοῦ μόθου om. CG. 9. τῇ om. G. 11. καὶ ὅτι A. 13. ἐπαναστρέψαι μὴ δυνηθέντος A. 14. ἐξὸν CG. τῆς om. CG. 16. Ἀβρανῶν G. 17. κομησκόρτῃ G.

tur, non modo alarum expers, sed etiam alatus, non recuso, quin supplicium quantumvis acerbum patiar ignaviaeque condemner." quae cum mirabundus reique novitate stupens barbarus dixisset, Roberti iram placavit et in admirationem vertit. at imperator adiacentium montium flexus difficillimo duorum dierum totidemque noctium itinere emensus, Achridem pervenit. in quo itinere cum Charzanem fluvium traiecisset et paullulum in valle invia, quae Babagora dicitur, commoraretur, nec clade ceterisque proelii incommodis perturbatus, nec dolore accepti in fronte vulneris afflictus, quamvis intimo luctu suorum, qui in pugna ceciderant, eorum praesertim, qui strenue dimicaverant, premeretur, tamen totum in Dyrrhachio urbe animum occuparat sollicitusque erat, quod praeside careret. etenim Palaeologo propter pugnam amissam eo reverti non licuerat. itaque, quantum poterat, incolas confirmavit, atque arcis custodiam Venetorum qui ibi erant colonorum primoribus mandavit, reliquam urbem Comiscortae ex Albanis oriundo tradidit, et quae facienda viderentur, per litteras significavit.

ΑΛΕΞΙΑΣ Ε.

ALEXIADIS LIBER V.

ARGUMENTUM.

Dyrrhachium Roberto se dedit. Alexius Deaboli suos colligit. ad militem parandum, in summa aerarii inopia, pecuniam sibi, quacunque ratione possit, procurari iubet (1). *Isaacius sebastocrator, convocata synodo, obtinet, ut vasa sacra, quorum nullus esset usus, in publicum conferantur. inde vehemens Leonis Chalcedonensis episcopi erga imperatorem odium et insolentia* (2). *Robertus, ubi Henricum, ab Alexio arcessitum, Longibardiam invasurum cognovit, Boëmundo relicto, in Italiam redit. una cum papa in Henricum movet, qui tamen, audita Alexii clade, domum se recipit* (3). *interim Boëmundus, in Illyrico bellum urgens, Iohannina occupat. Romanos proelio bis fundit* (4). *Alexius, Cpolim reversus, Turcarum auxilia advocat. Boëmundus Larissam obsidet, Leone Cephala fortiter propugnante. imperator auxilio venit* (5). *structis insidiis, ipse castra Gallorum expugnat* (6). *sed altero die Michaelis Ducae imprudentia minus prospere res cedit. comites Galli, ab Alexio tentati, Boëmundum Aulonem recedere cogunt* (7). *imperator Cpolim revertitur. ecclesia erroribus Iohannis Itali turbata. eius hominis ortus, studia, mores* (8). *anathemati Alexii iussu subiectus, mox ad frugem bonam redit* (9).

P. 125 V. 101 1. Ὁ μέντοι Ῥομπέρτος ἀμεριμνήσας παντάπασι, τὴν λείαν πᾶσαν καὶ τὴν βασιλικὴν σκηνὴν ἀφελόμενος, τροπαιο-

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ βιβλίον ε ΑΓ.

1. Robertus animo plane securo, praeda omni et imperatorio tabernaculo potitus, victoria reportata exsultans planitiem repetiit,

φόρος καὶ γαυριῶν τὴν πεδιάδα κατέλαβεν, εἰς ἣν πρότερον ηὐλίζετο, τὸ Δυρράχιον πολιορκῶν. καὶ μικρὸν διαναπαυσάμενος ἐβουλεύετο, εἰ χρὴ αὖθις ἀποπειρᾶσθαι τῶν τούτου τειχῶν, ἢ τὴν μὲν πολιορκίαν εἰς τὸ ἐπιὸν ἔαρ παραφυλάξασθαι, τὸ παρὸν δὲ τὴν Γλαβινίτζαν καταλαβεῖν καὶ τὰ Ἰωαννίνα, κἀκεῖσε παραχειμάσαι, καταθέμενον τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν εἰς τὰ ὑπερκείμενα τέμπη τῆς πεδιάδος Δυρραχίου. οἱ δ' ἐντὸς Δυρραχίου, καθάπερ ὁ λόγος ἐδήλωσεν, ἐπεὶ οἱ πλείους ἀπὸ Μέλφης καὶ Βενετίας ἦσαν ἄποικοι, τὰ ξυμπεσόντα τῷ αὐτοκράτορι μεμαθηκότες, καὶ τὴν τοσαύτην ἀνδροκτασίαν καὶ τὴν τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν σφαγήν, καὶ τοὺς στόλους ὑποκεχωρηκότας, καὶ ὅτι ὁ Ῥομπέρτος εἰς τὸ ἐπιὸν ἔαρ τὴν πολιορκίαν ταμιεύεται, διεσκοπεῖτο ἕκαστος, ὅ τι πράττειν χρὴ καὶ σώζεσθαι καὶ μὴ αὖθις ἐς τοσούτους ἐμπεπτωκέναι κινδύνους. συλλεξάμενοι οὖν ἑαυτούς, τὸ ἀπόρρητον ἕκαστος εἰς τὸ ἐμφανὲς ἄγουσι, καὶ περὶ τῶν ὅλων γνωσιμαχήσαντες, ὥσπερ ἐν ἀπόροις πόρον εὑρηκέναι ᾠήθησαν πεισθῆναί τε τῷ Ῥομπέρτῳ καὶ παραδοῦναι οἱ τὴν πόλιν. ἐρεθισθέντες δὲ καὶ παρά του τῶν ἐποίκων Μέλφης καὶ ταῖς τούτου πεισθέντες ὑποθημοσύναις, τὰς εἰσόδους ἀναπετάσαντες, πάροδον τῷ Ῥομπέρτῳ δεδώκασιν. ἐγκρατὴς δὲ τούτου γενόμενος, τὰς δυνάμεις μετεκαλεῖτο, φιλοχρινῶν ἅμα, εἴ που

2. ηὐλίζετο πρότερον A. 3. ἐβούλετο G. εἰ C, ᾖ PG. vid. annotat. 4. μὲν om CG. 8. δὲ A. ἐδήλωσε G. 17. εὑρημένοι G. 18. τε om. C. 19. παρὰ τοῦ PG, correxi. ἐποίκων C, ἀποίκων PG. 22. φυλλοχρινῶν C. lege φυλοχρινῶν.

in qua antea castra posuerat, cum Dyrrhachium obsideret. atque paullulum illic commoratus, deliberavit, utrum tentanda rursus moenia huius urbis essent, an in ver proximum oppugnatione dilata, in praesenti Glabinitzam et Iohannina occupare ibique hiemare praestaret, exercitu universo in vallibus collocato, quae supra Dyrrhachii planitiem iacent. verum qui Dyrrhachium obtinebant, cum plerique Melphenses et Veneti essent coloni, ut supra narravimus, postquam imperatoris cladem insiguem et tantorum hominum caedem acceperunt, et classem utramque decessisse, Robertumque in ver proximum obsidionem parare, eorum quisque, quid faciendum esset, ut incolumes forent, neve in tanta rursus pericula inciderent, dispiciebant. concione convocata, suam quisque mentem aperiunt ac de summa rei consilia agitant; tandem difficultatis expediendae eam sibi viam reperisse visi sunt, ut Roberto morem gererent urbemque dederent. cumque etiam a Melphensium accolarum quodam instigati essent, consiliis eius obsecuti, portis patefactis, aditum Roberto dederunt. urbe is occupata, copias

τέτρωταί τις καιρίαν ἢ ἐπὶ χρῶτα παραξέσαντος τυχὸν τοῦ ξίφους, καὶ διερευνώμενος ὁποῖοί τε καὶ ὁπόσοι πολέμου παρανάλωμα γεγόνασιν ἐν ταῖς προηγησαμέναις μάχαις, σκοπῶν
D ἅμα, ἐπεὶ χειμὼν ἤδη παρῆν κατὰ τόδε καιροῦ, διὰ τούτου καὶ μισθοφορικὸν ἕτερον ἐπισυνάξαι καὶ ξενικὰς ἐπισυλλέξαι
P. 126 δυνάμεις, καὶ ἦρος ἐπιφανέντος, τηνικαῦτα πανστρατὶ κατὰ τοῦ βασιλέως χωρῆσαι. ἀλλ' οὐκ αὐτὸς μὲν ὁ Ῥομπέρτος, καίτοι νικητὴν ἑαυτὸν καὶ τροπαιοῦχον ἀνευφημῶν, τοιαῦτα ἐλογίζετο, ὁ δ' ἡττηθεὶς βασιλεὺς καὶ τραυματίας γεγονώς, διὰ τὴν ἀνύποιστον ἐκείνην ἧτταν καὶ τοσούτους καὶ τοιούτους ἀποβεβληκὼς μορμολυχθεὶς οἷον συνέσταλται· ἀλλὰ μηδὲν σμικροπρεπὲς περὶ ἑαυτοῦ λογισάμενος, μηδὲ χαλάσας ὅλως τὸν λογισμόν, σπεύδων ἦν ὅλῃ γνώμῃ τὴν ἧτταν ἦρος φανέντος ἀναλαλέσασθαι. ἦσαν γὰρ ἄμφω πάντα προϊδεῖν καὶ συνιδεῖν ἱκανοί, καὶ πολεμικῶν τεχνασμάτων οὐδενὸς
B ἀδαεῖς, ἀλλὰ πάσαις μὲν τειχομαχίαις, πάσαις δὲ λοχήσεσι,
V. 102 καὶ ταῖς ἐκ παρατάξεως ἀγωνίαις ἐθάδες, τὰς δὲ διὰ χειρὸς πράξεις δραστικοὶ καὶ γενναῖοι, καὶ ἐχθροὶ πάντων τῶν ὑπ' οὐρανὸν ἡγεμόνων γνώμῃ καὶ ἀνδρίᾳ κατάλληλοι. εἶχε δέ τι τοῦ Ῥομπέρτου πλέον ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος, ὅτι νεάζων τὴν ἡλικίαν ἔτι, κατ' οὐδὲν ἐλάττων τοῦ ἤδη ἀκμάζοντος ἦν καὶ τὴν γῆν

1. παραξήσαντος P. 2. πόσοι G. 3. γέγοναν C, ἐγεγόνασι G. καὶ σκοπῶν CG. 4. διὰ τούτου om. G. 8. νικητὴν καὶ τροπαιοῦχον ἑαυτῶν G. 12. περὶ om. PG, add. F, αὐτοῦ G. 14. ἀναλαλέσασθαι ἦρος φανέντος G. 15. τεχνασμάτων G. 17. ἐθάδες FC et in margine P, αὐθάδεις PG. 21. κατ' : καὶ G.

eo evocavit perquisivitque, num quis forte vulneratus esset graviter, an cutem leviter gladio perstringente; simul percontatus est, quot qualesque in pugnis superioribus periissent; cogitavit idem, cum hiems tum iam adesset, per id tempus exercitum mercenarium alterum cogere et peregrinos milites conducere, vere autem ineunte cum omni copiarum vi imperatorem aggredi. neque tamen solus Robertus, qui victoriam tropaeaque retulerat, talia in animo habebat, victus autem imperator et vulneratus, intolerabili ista clade, tot tantisque viris amissis, quasi formidine perterrefactus, animo cecidit. immo nihil se indignum cogitans, nec omnino deliberandi curam remittens, tota mente nitebatur victoriam vere proximo revocare. nam uterque quidvis prospicere et perspicere facile poterant, nec bellicae artis ullius rudes erant, sed in omni genere oppugnationis struendarumque insidiarum atque in proeliis aperto Marte committendis exercitati, manu prompti et fortes, et adversarii prae omnibus ubique ducibus consilio et fortitudine pares. quanquam eo excelluit Alexius, quod iuvenis adhuc aetate erat, nec tamen ulla re alteri cedebat,

μικροῦ σαλεύειν ὅλας τε φάλαγγας ἐκ μόνου ἐμβοήματος αὐχοῦντος συνταράττειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑτέροις συντηρείσθωσαν τόποις· μελήσει γὰρ πάντως τοῖς ἐγκωμιάζειν ἐθέλουσιν. ὁ δέ γε βασιλεὺς Ἀλέξιος, ἐν Ἀχρίδι μικρὸν ἑαυτὸν ἀνακτησάμενος καὶ τὸ σῶμα διαναπαύσας, καταλαμβάνει τὴν Δεάβολιν. καὶ τοὺς μὲν τοῦ πολέμου διασωθέντας τῆς ἐκ τοῦ μόχθου κακοπαθείας, ὡς ἐνόν, ἐπανελάμβανε, τοὺς δέ γε ἐπιλοίπους ἀπανταχόθεν ἀποστείλας διεκηρύκευε τὴν Θεσσαλονίκην καταλαβεῖν. ἐπεὶ δὲ πεῖραν τοῦ Ῥομπέρτου καὶ τῆς τοῦ τηλικούτου ἔσχε στρατεύματος, καὶ πολλὴν ἀφέλειαν καὶ ἀνανδρίαν τῶν ὑπ' αὐτὸν κατεψηφίσατο, (οὐ γὰρ C ἂν προσθείην στρατιωτῶν, ὅτι καὶ οἱ τέως παρόντες ἀγύμναστοί τε τὸ παράπαν ἦσαν καὶ πάσης στρατιωτικῆς ἐμπειρίας ἀδαεῖς,) διὰ τοῦτο γοῦν ἐδεῖτο συμμάχων· τὸ δὲ ἄτερ χρημάτων οὐκ ἐνῆν· τὰ δὲ οὐ παρῆν, τῶν βασιλικῶν ταμιείων ἐπὶ μηδενὶ δέοντι κενωθέντων ὑπὸ τοῦ προβεβασιλευκότος Νι- P. 127 κηφόρου τοῦ Βοτανειάτου τοσοῦτον, ὡς μηδὲ τῶν ταμιείων κεκλεῖσθαι τὰς θύρας, ἀλλὰ ἀνέτως πατεῖσθαι παντὶ τῷ βουλομένῳ δι' αὐτῶν ὁδεύειν· προπέποτο γάρ. ἔνθεν τοι καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ τὸ πᾶν συνίστατο, ἀσθενείας τε καὶ πενίας ὁμοῦ συμπιεζούσης τὴν ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους. τότε δὲ τότε τί τὸν

7. lege μόθου. τοὺς ἐπιλοίπους δὲ A. 13. καὶ πάσης : καὶ om. C, ἐν πᾶσι καὶ G. 14. τὸ δὲ A, τόδε PG. 15. ταμείων AG. 16. ὑπὸ τῶν προβεβασιλευκότων τοῦ τε βοτανιάτου καὶ μιχαὴλ τοῦ δούκα A. 17. τοσοῦτον add. C. ταμείων G. 19. ἐντεῦθεν καὶ ἀμηχανίᾳ A. 20. ἀσθενείας AG, ἀσθενίας P. τε add. A. 21. τοὺς add. A.

qui in ipso flore erat, et terram tantum non concutere totasque phalangas solo clamore perturbare se posse iactabat. verum de his alius erit dicendi locus: neque enim ista negligere oportet, qui laudationem scribere volunt. sed Alexius imperator, postquam Achride paullulum quieti se dedit corpusque recreavit, Deabolim se contulit. ibi qui e clade incolumes pervenerant, ex belli laboribus et fatigatione, quantum poterat, refecit; reliquos undecunque, missis legatis, Thessalonicam convenire iussit. sed cum Robertum eiusque exercitus audaciam expertus esset, ob magnam autem tenuitatem atque ignaviam parum fiduciae poneret in suis, (militibus non addiderim, cum etiam qui tum aderant, inexercitati omnino essent et rei militaris prorsus imperiti,) hanc igitur ob causam sociis indigebat; at socii sine pecunia parari non poterant; pecunia autem non aderat, cum aerarium regium sine ullo usu esset ab eo, qui antea imperaverat, Nicephoro Botaniate, exhaustum, ita ut ne clausae quidem essent aerarii fores, sed cuivis paterent, qui intrare vellet: quippe direptum erat. quo factum est, ut magnis in angustiis res publica esset, infirmitate si-

νέον βασιλέα καὶ ἄρτι τῶν τῆς βασιλείας οἰάκων ἐπιβεβηκότα ἐχρῆν διαπράξασθαι; πάντως ἢ ἐξαπορούμενον τὸ πᾶν καταλιπόντα ἐκστῆναι τῆς ἀρχῆς, ὡς μὴ ἀναίτιον ὄντα αἰτιῶτό
B τις αὐτὸν ὡς ἀπειροπόλεμον καὶ ἀνεπιστήμονα ἀρχηγόν, ἢ ἐξ ἀνάγκης, ὡς ἐνόν, καὶ συμμάχους μετακαλέσασθαι καὶ τὰ τούτοις δοθησόμενα χρήματα ὅθεν δήποτε συναγαγεῖν, καὶ τοὺς ἁπανταχῇ διασπαρέντας τοῦ στρατεύματος διὰ δωρεῶν ἀνακαλεῖσθαι, ἵνα ἐντεῦθεν μείζους ἐλπίδας κτησάμενοι, αὐτοὶ μετ' αὐτοῦ ἐγκαρτερήσαιεν, καὶ οἱ ἀπόντες πρὸς τὸ ἐπανέρχεσθαι προθυμότεροι γένοιντο, καὶ οὕτως γενναιότερον πρὸς τὰ Κελτικὰ πλήθη ἀντικαταστῆναι δυνήσαιντο. ἀνάξιον μὲν οὖν καὶ ἀσύμφωνον τῆς αὐτοῦ περὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐπιστήμης ὁμοῦ καὶ τόλμης μηδὲν πεπραχέναι βουλόμενος, πρὸς
C δύο ταῦτα ἀπέβλεψε, συμμάχους τε ἁπανταχόθεν μεταπέμψασθαι, ἐλπίσι πολλῶν δωρεῶν εὐμηχάνως τούτους ὑποσυρόμενος, τὴν δέ γε μητέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν αἰτήσασθαι χρή-
V. 103 ματά οἱ ξυμπορισαμένους ὅθεν δήποτε ἐκπέμψαι.

2. Οἱ δὲ πόρον πορισμοῦ μὴ ἐφευρηκότες ἕτερον, πρότερον μὲν ἅπαντα τὰ αὐτῶν συναγαγόντες χρήματα, ὁπόσα ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, τῇ βασιλικῇ χωνείᾳ παραπεπόμφασι·

1. τῶν Diesterwegius, τὸν libri. 2. ἢ CG, καὶ P. καταλειπόντα PG, καταλιπόντα C. 3. ἀναίτιον CG, ἐνάντιον P. αἰτιᾶτο G. 6. δοθησόμενα : ἐπαρκέσοντα P in margine. χρημάτων P. 7. τοὺς C, τούτους PG. 8. αὐτοὶ δὲ C, οἵ τε coni. Diesterwegius. 11. δυνήσειαι CG. 12. τῆς αὐτοῦ om. G. 14. καὶ συμμάχους A. 15. ἀποσυρόμενος A. 16. δέ γε : δὲ A. 18. ἐφευρίσκοντες P, alterum CAG.

mul et egestate imperium Romanum urgentibus, in tali tempore quid imperatori iuveni quique modo ad imperii gubernacula accesserat, faciendum erat? omnino aut desperata rei publicae salute, imperio abdicandum, ne quis eum, cum culpae expers esset, culparet tanquam ducem imperitum atque rudem; aut in summa necessitate, quantum posset, et socii cogendi et quam ipsis solveret pecunia undecunque conquirenda, et dispersae ubique exercitus reliquiae donis revocandae, quo ad maiorem spem erecti, et qui secum essent, perdurarent, et qui aberant, ad redeundum propensiores fierent, atque ita fortius Gallorum copiis resisti posset. iam cum nihil, quod a militari sua experientia simul et virtute abhorreret seque indignum esset, facere vellet, ad haec potissimum duo animum attendit, primum ut socios undique cogeret, multorum munerum spe facile alliciendos; dein a matre fratreque petiit, ut pecunias undecunque confectas sibi mitterent.

2. Illi, quod pecuniae parandae viam alteram non inveniebant, primum omnes res suas, quaecunque auro argentove essent, ad mo-

πρώτη δὲ πάντων ἡ βασιλὶς καὶ μήτηρ ἐμὴ ὁπόσα ἔκ τε μητρῴου καὶ πατρῴου κλήρου ἐνυπῆρχον αὐτῇ, κατεβάλλετο, καὶ τοὺς ἄλλους ἐντεῦθεν πρὸς τοῦτο ἐρεθίσαι οἰομένη· ἐδεδίει γὰρ ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος, ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐ- D
τὸν ὁρῶσα· εἶτα δὲ καὶ ἐξ ἑτέρων, ὁπόσοι εὐνοϊκώτερον πρὸς τοὺς βασιλεῖς τούτους διέκειντο, αὐθαιρέτως προτεθυμηκότων καταβάλλεσθαι, ὁπόσον ἕκαστος εἶχε προθέσεως, χρυσίου καὶ ἀργυρίου πορισάμενοι, ἐξέπεμψαν τὸ μέν τι τοῖς συμμάχοις, P. 128
τὸ δέ τι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐπικειμένην χρείαν μηδαμῶς ἐξαρκούντων, τῶν μὲν χάριτας αἰτούντων, ὡς συναγωνισαμένων δῆθεν, τῶν δέ, ὁπόσον μισθοφορικόν, δαψιλέστερον τὸν μισθὸν ἐξαιτουμένων, ἐνέκειτο αὖθις καὶ ἕτερα ἀνακαλούμενος διὰ τὸ ἀπεγνωκέναι τὴν Ῥωμαίων εὔνοιαν. οἱ δὲ ἐν ἀμηχανίᾳ γεγονότες καὶ πολλοὺς λογισμοὺς ἀνελίξαντες ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ, ἐπεὶ καὶ τὸν Ῥομπέρτον αὖθις ὁπλιζόμενον μεμαθήκεσαν, μὴ ἔχοντες ὅ τι καὶ δράσαιεν, εἰς τοὺς πάλαι κειμένους νόμους καὶ τοὺς κανόνας περὶ τῆς τῶν B
ἱερῶν ἐκποιήσεως ἀπέβλεψαν. καὶ μετὰ τῶν ἄλλων εὑρηκότες καὶ τοῦτο, ὅτι περ ἐπ' ἀναρρύσει αἰχμαλώτων τὰ τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν ἱερὰ ἔξεστιν ἐκποιεῖσθαι, (ἑώρων δὲ ὅτι

1. δὲ CG, δτι P. τε : τοῦ G. μητρῴου καὶ πατρῴου P, πατρ. καὶ μητρῴου CG. 2. κατεβάλετο G. 5. ἑνορῶσα CG. 7. καταβαλέσθαι C. ὁπόσον CAG, ὁπόσης P. an ὅπως? προθέσεως om. G, εἶχε προθέμενος ἕκαστος A. 8. ξυμμάχοις P, συμμάχοις CAG. 10. fortasse τούτων post ἐξαρκούντων excidit. 11. ὁπόσων μισθοφορικῶν G. 15. καὶ alterum: δὲ G. 19. καὶ τοῦτο add. AG. περ om. CG. 20. τοῦ θεοῦ om. A.

netam regiam miserunt. ac prima quidem inter omnes imperatrix, mater mea, quidquid ex materna et paterna hereditate supererat, suppeditavit, etiam ceteros, ut idem facerent, eo incitari rata: siquidem sollicita erat de imperatore, quem maximis difficultatibus circumventum nosset. dein etiam ex ceteris, quicunque amicius erga imperatores affecti, sponte suppeditare cupiebant, pro suo quisque studio aurum argentumque partim sociis, partim imperatori conferebant ac mittebant. sed cum ad praesentem usum nequaquam pecunia sufficeret, (nam alii praemia exspectabant, ut socii scilicet belli; mercenariorum autem quantum militum erat, augeri flagitabat mercedem,) iterum instituit pecuniam poscere, de Romanorum benevolentia desperans. quare illi in angustias adducti, multis deliberationibus privatim publiceque habitis, ubi etiam Robertum rursus bellum parare audierunt, quid agerent nescii, ad veteres leges canonesque de supellectile sacra alienanda animum adverterunt; cumque praeter caetera invenissent, ad redimendos captivos sanctarum dei ecclesiarum

καὶ τῶν Χριστιανῶν, ὅσοι περὶ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ τὴν βαρβαρικὴν ἐτέλουν χεῖρα, καὶ ὁπόσοι τὴν σφαγὴν ἐξέφυγον, ἐμιαίνοντο διὰ τὴν τῶν ἀπίστων συναναστροφήν,) ὀλίγ' ἄττα τῶν πάλαι ἠργηκότων ἱερῶν καὶ καταλελυμένων, ὡς εἰς μηδεμίαν χρείαν συντελοῦντα, ἀλλ' ἀφορμὴ μόνον ἱεροσυλίας καὶ ἀσεβείας ἅμα τοῖς πολλοῖς παρεχόμενα, ὡς ὕλην χαράγματος εἰς μισθὸν τοῖς στρατιώταις καὶ συμμάχοις τὰ τοιαῦτα χρηματίσαι ἐσκέψαντο. τούτου γοῦν συνδόξαντος, ἀνέρχεται ὁ σεβαστοκράτωρ Ἰσαάκιος εἰς τὸ τοῦ θεοῦ μέγα τέμενος τὴν σύνοδον ἐκκλησιάσας καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας ἅπαν πλήρωμα. θεασάμενοι δὲ τοῦτον οἱ τῆς ἱερᾶς συνόδου ἐπ' ἐκκλησίας τῷ πατριάρχῃ συνεδριάζοντες, ἔκθαμβοι γεγονότες ἠρώτων, ὅτου χάριν παρεγένετο. ὁ δὲ "λέξων ἧκω τι πρὸς ὑμᾶς χρήσιμον τῇ βιαίᾳ τῶν πραγμάτων παρεμπτώσει καὶ σωστικὸν τοῦ στρατοῦ." ἅμα δὲ καὶ τοὺς περὶ τῶν μὴ χρησιμευόντων ἱερῶν κανόνας ἀπεστομάτιζε, καὶ πολλὰ περὶ τούτων δημηγορήσας, "ἀναγκάζομαι" φησιν "ἀναγκάζειν, οὓς οὐ βούλομαι ἀναγκάζειν." καὶ γενναίους προτιθέμενος λογισμούς, ἐδόκει τάχα πείθειν τοὺς πλείονας. ὁ δέ γε Μεταξᾶς ἀντέτεινεν, ἀνθυποφοράς τινας εὐλόγους εἰσαγαγών, ἀποσκώπτων ἅμα καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Ἰσαάκιον. ἀλλ' ὅμως τὰ

4. ἱερῶν ἠργεκότων καταλελυμένων G. 6. ἅμα om. CG. ὡς: ὥσπερ G. χαραγμάτων CG. 8. γοῦν CA, οὖν PG. 11. τῆς ἱερᾶς συνόδου om. A. 12. τῷ συνεδριάζοντες πατριάρχῃ P, συνεδριάζοντα πατριάρχῃ C, omisso τῷ, sed spatio relicto, recte AG. 14. ὑμᾶς A, ἡμᾶς PG. 17. ἀναγκάζειν om. G. 20. ἀνέτεινεν A. ἀντυποφοράς P.

licitum esse vasa sacra alienare, (nec vero latebat, Christianos, quotquot per Asiam in barbarorum servitute degerent, et quotcunque necem effugissent, pollui infidelium consuetudine,) pauca quaedam e vasis sacris dudum otiosis, quippe quae nullum omnino usum haberent, sed sacrilegii tantum et impietatis simul occasionem multitudini praeberent, in monetam danda censebant, quo et milites et socii mercedem acciperent. id ubi visum est, Isaacius sebastocrator in magnum dei templum se confert, in synodum omnibus ecclesiae sacerdotibus convocatis. quem cum conspexissent, qui in sacra synodo patriarchae assidebant, admiratione affecti, quam ob rem venisset, interrogarunt. Isaacius "dicturus, inquit, veni vobis aliquid, quod in misera hac rei publicae conditione utile erit exercitumque servabit." simul canones de supervacanea ecclesiarum supellectile commemorat, et postquam multa de ea re dixit, "cogor, inquit, cogere, quos cogere nolo." atque additis generosis sententiis, plerisque videbatur facile rem persuadere. at Metaxas obstitit, haud ineptis contra prolatis ratio-

δεδογμένα ἐκράτει. τοῦτο ὕλη μεγίστης κατηγορίας τοῖς βασιλεῦσιν ἐγένετο, (οὐκ ὀκνῶ γὰρ καὶ τὸν Ἰσαάκιον ἀπόρφυρον βασιλέα κατονομάζειν,) οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρι καιροῦ διαρκέσασα. καὶ γὰρ ἀρχιερεύς τις τηνικαῦτα Χαλκηδόνος Λέων προὐκάθητο, οὐ τῶν πάνυ σοφῶν καὶ λογίων, ἀρετῆς δὲ ἐπιμεμελημένος, τὸ δὲ ἦθος αὐτῷ σκληρὸν καὶ ἀπόκροτον· οὗτος οὖν τῶν ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις πυλῶν ἀφαιρουμένων τοῦ ἐπικειμένου αὐταῖς ἀργυρίου καὶ χρυσίου, εἰς τὸ μέσον εἰσδὺς ἐπαρρησιάζετο, μηδ' ὅλως ἢ οἰκονομίας ἢ τῶν περὶ τῶν ἱερῶν κειμένων νόμων ἐπαισθανόμενος. ὑβριστικώτερον δὲ καὶ οἷον εἰπεῖν ἀτακτότερον τῷ τηνικαῦτα κρατοῦντι προσεφέρετο, ὁσάκις εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανήει, τῇ ἀνεξικακίᾳ ἐκείνου καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ καταχρώμενος. καὶ ὁπηνίκα μὲν τὰ πρῶτα κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ὁ αὐτοκράτωρ τῆς βασιλίδος πόλεως ἐξῄει, Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος καὶ αὐταδέλφου αὐτοῦ μετὰ τῆς κοινῆς γνώμης καὶ τῶν νόμων ἅμα καὶ τοῦ δικαίου ὅθεν δήποτε συμποριζομένου χρήματα, εἰς θυμὸν ἐκίνει τὸν ῥηθέντα ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως, ἀναισχυντότερον αὐτῷ προσφερόμενος. ὡς δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς πολλάκις μὲν ἡττηθεὶς καὶ μυριάκις αὖθις κατατολμήσας τῶν Κελτῶν, θεοῦ

1. τοῦτο δὲ μεγίστης G. 3. καὶ om. G. 6. δὲ prius om. G. τὸ δὲ : τόδε P. 7. τοῖς om. G. ἀφαιρουμένους P, ἀφαιρούμενος CG, recte A. 9. τῶν om. AG. 10. κειμένων A, κειμηλίων PG. 14. πρώτου G. 16. τῆς om. A. γνωμῆς καὶ — χρήματα A, γνώμης ὅθεν δήποτε συμποριζ. χρήματα μετὰ τῶν ν. ἅμα καὶ τοῦ δικαίου PG. 17. ποριζομένων A. 18. ἀναισχυντότερον A, ἀναισχυντώτερον PG.

nibus, ipsi etiam Isaacio illudens. vel sic tamen sententia eius vicit. ea causa erat maximi in imperatores criminis, (nam non dubito etiam Isaacium sine purpura imperatorem dicere,) non tum solum, verum etiam diu permanens. etenim ecclesiae tum temporis Chalcedonensi praefuit Leo, non ille quidem admodum eruditus, ceterum virtutis studiosus, moribus duris atque austeris. is igitur, cum a valvis Chalcopratiorum aedis auri argentique ornamenta avellerentur, in medium prorumpens, audacter intercessit, nec necessitatis, nec legum de sacra supellectile latarum rationem ullam habens. quin etiam insolentius et, prope dixerim, effrenatius in imperatorem se gessit, quoties in urbem regiam rediret, patientia illius et humanitate abusus. atque imperatore primum adversus Robertum urbe egresso, cum Isaacius sebastocrator eius frater omnium consensu ac secundum leges aequumque pecuniam undique conficeret, huius ille iram concitavit, impudentius in eum invectus. cum autem imperator aliquot a Gallis acceptas clades sexcentis de illis reportatis victoriis ultus, deo iuvante,

νεύσει νικηφόρος στεφανίτης ἐπανεληλύθει, ἐπεὶ καὶ αὖθις ἄλλο νέφος ἐχθρῶν, τοὺς Σκύθας φημί, κατ' αὐτοῦ ἐξορμᾶν
D ἤδη μεμαθήκει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ συλλογὴ τῶν χρημάτων, καὶ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ μεγαλοπόλει ἐνδημοῦντος, ἐφ' ὁμοίαις αἰτίαις ἐσπουδάζετο, ὃ ἀρχιερεὺς ἐκεῖνος ἀναιδέστερον προσέπεσε τῷ αὐτοκράτορι. καὶ συζητήσεως ἐντεῦθεν πολλῆς περὶ τῶν ἱερῶν γενομένης, λατρευτικῶς, οὐ σχετικῶς δὲ προσκυνεῖσθαι τὰς ἁγίας εἰκόνας παρ' ἡμῶν ἐδογμάτιζεν, ἔν τισι μὲν εὐλόγως ἅμα καὶ ἀρχιερατικῶς ἐνιστάμενος, ἔν τισι δὲ καὶ οὐκ ὀρθῶς δογματίζων, οὐκ οἶδα εἴτε δι' ἔριν καὶ τὴν πρὸς
P. 130 τὸν βασιλέα ἀπέχθειαν τοῦτο πεπονθώς, εἴτε δι' ἄγνοιαν. ἐξακριβοῦν γὰρ ἀσφαλῶς τὸν λόγον οὐκ εἶχεν, ὅτι λογικῆς μαθήσεως ἀμέτοχος ὑπῆρχε παντάπασιν. ὡς δ' ἐπὶ πλέον πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἐθρασύνετο, χαιρεκάκοις ἀνδράσι πειθόμενος, ὁποῖοι πολλοὶ τότε ὑπῆρχον τοῦ πολιτεύματος, εἰς τοῦτο παρανυττόμενος, καὶ πρὸς ὕβρεις καὶ βλασφημίας ἀκαίρους ἐτράπετο, καὶ ταῦτα παρακαλοῦντος αὐτὸν τοῦ βασιλέως μεταβαλεῖν τὴν περὶ τῶν εἰκόνων γνώμην, ἔτι δὲ καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀποσχέσθαι ἀπεχθείας, ὑπισχνουμένου ἅμα καὶ τὰ ἱερὰ ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις λαμπρότερα ἀποδοῦναι καὶ πᾶν ὅ τι δέοι ποιεῖν πρὸς διόρθωσιν, καὶ ἤδη καὶ διορ-

1. νικηφόρος καὶ στεφανίτης PG, καὶ om. FA. 2. ἐξορμῶν P. 3. ἐμεμαθήκει G. καὶ prius om. A. 4. καὶ om A. 5. προσέπεσε : προσέκειτο A. 6. πολλῆς ἐνθεῦτεν A. 7. γινομένης C. 8. τὰς om. A. 9. καὶ κανονικῶς ἅμα PA, ἅμα καὶ ἀρχιερατικῶς FC et in margine P. προϊστάμενος A. 10. οἶδ' G. 18. δὲ : γὰρ CG. 19. ἀπέχεσθαι CG. 21. πρὸς om. G. διορθωμένου PG, διορθουμένου C.

victor et triumphans rediisset, ubi aliam rursus hostium nubem, Scythas dico, iam in se proficisci cognovit, ideoque festinanter pecuniae, ipso imperatore in urbe commorante, similibus de causis conquirebantur, episcopus iste impudentius imperatorem lacessivit. cumque multa hac occasione de sacris disputarentur, absoluto a nobis, non relativo cultu sacras imagines adorari contendit. ac licet in nonnullis probabiliter et pro dignitate muneris causam egerit, tamen in aliis parum recte sensit: quod nescio utrum contentionis aestui et in imperatorem odio, an ignorantiae tribuendum sit; nam subtiliter clareque sententiam enuntiare non poterat, quippe litterarum doctrinaeque omnino rudis. ubi is malitiosis hominibus obsecutus, quales multi tum rei publicae procurationem habebant, in lacessendis imperatoribus audacia etiam processit, atque contumeliis et maledictis intempestivis usus est, licet imperator, ut illam de imaginibus sententiam mutaret et in gratiam secum rediret, hortaretur simulque ea, quae e sanctis ecclesiis demsisset, splendidiora restituturum et quidquid opor-

θουμένου παρὰ τῶν ἐλλογιμωτέρων τότε τῆς συνόδου, οὓς οἱ B
τῷ τοῦ Χαλκηδόνος μέρει προσκείμενοι κόλακας ἐκάλουν, κα- V. 105
θαιρέσει κατεδικάζετο. ὡς δὲ μηδὲν ὑποπτήσσων οὐδόλως
ἠρέμει, ἀλλὰ καὶ αὖθις συνετάραττε τὴν ἐκκλησίαν, οὐκ
ἀγεννῆ φρατρίαν συνεπαγόμενος, ὡς ἄτεγκτος ἦν πάντη καὶ
ἀδιόρθωτος, μετὰ πολλῶν ἐνιαυτῶν παρέλευσιν πάντες ὁμοῦ
τοῦ ἀνδρὸς κατεψηφίσαντο· κἀντεῦθεν ὑπερορίαν καταδικά-
ζεται. καὶ δέχεται τοῦτον ἡ περὶ τὸν Πόντον Σωζόπολις,
παντοίας προνοίας καὶ θεραπείας βασιλικῆς ἀξιούμενον, κἂν
οὐδαμῶς χρᾶσθαι ταύταις ἠβούλετο ὕστερον δι' ἣν πρὸς τὸν C
αὐτοκράτορα ἔτρεφε μῆνιν, ὡς ἔοικεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ᾗ-
δέ πη περιεγεγράφθω.

3. Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ τοὺς νεήλυδας (συνέρρεον γὰρ
ἱκανοὶ περισωθέντα τοῦτον μεμαθηκότες,) ἐπιμελῶς ἐξεπαί-
δευεν, ὅπως ἱππεύειν χρὴ καὶ τοξεύειν εὐστοχώτατα, ὁπλι-
τεύειν τε καὶ ἐνεδρεύειν ἐπικαιρότατα. ἐπεπόμφει δὲ αὖθις
πρὸς τὸν ῥῆγα Ἀλαμανίας πρέσβεις, ὧν προεξῆρχεν ὁ Μη-
θύμνης καλούμενος, καὶ διὰ γραφῆς ἐπὶ πλέον ἐρεθίζει,
μὴ μέλλειν ἔτι, ἀλλὰ τὰς αὐτοῦ ἀναλαβόμενον δυνάμεις,
τάχιον τὴν Λογγιβαρδίαν καταλαβεῖν κατὰ τὰς συγκειμένας
συνθήκας, ἐφ' ᾧ ἀπασχολῆσαι τὸν Ῥομπέρτον, ἵν' οὕτως

2. τῷ G, τὸ P. 3. ὅλως A. 5. φατρίαν A. ἄτεγ-
κτος A, ἄτακτος PG. 7. κατεδικάζετο A. 9. βασιλικῆς
om. CG. κἂν G, καὶ P. 10. ταύτης χρῆσθαι G. vid. an-
notat. 15. καὶ τοξεύειν om. G. 16. ἐκπεπόμφει A. 17.
ἀλαμανίας A, Ἀλαμανείας PG. προεξῆρχον P. 20. μετὰ
τῶν συγκειμένων συνθηκῶν CG.

teret ad damnum resarciendum facturum promitteret, iamque a nobilissimis eorum, qui synodo tum intererant, culpa liberatus esset: quos, qui Chalcedonensis partibus favebant, assentatores dicebant: munus ei abrogatum est. cum vero nequaquam animum submitteret, neque omnino quiesceret, sed rursus ecclesiam turbaret, haud exigua sibi adiuncta factione, quippe qui pervicax esset nec emendandus; multis annis praeteritis, omnium calculis damnatus, in exilium pulsus est. excepit eum Sozopolis ad Pontum, ubi providerat imperator, ut officiose coleretur; quanquam nullo modo hac liberalitate uti voluit propter eam, ut videtur, quam in imperatorem susceperat inimicitiam. sed de his hactenus.

3. Imperator autem milites, qui recens advenerant, (confluxerant enim satis magno numero, ut salvum eum esse audierant,) sedulo docuit equum regere et iaculari certissime et pugnare in armis et insidias tempore struere. misit etiam denuo ad Alemaniae regem legatos, quorum princeps Methymnes qui dicebatur fuit, et per litteras eum hortatur, diutius ne cunctaretur, sed collectis copiis, celerrime

D ἀδείας τυχὼν στρατεύματα αὖθις καὶ ξενικὰς δυνάμεις συλλέξηται καὶ οὕτω τοῦτον τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἀπελάσῃ, πολ-
P. 131 λὰς τῷ Ἀλαμανίας ῥηγὶ ὁμολογήσας τὰς χάριτας, εἰ οὕτω ποιήσειε, καὶ τὸ ὑποσχεθὲν αὐτῷ διὰ τῶν παρ' αὐτοῦ σταλέντων πρέσβεων κῆδος ἐκπληρῶσαι διαβεβαιούμενος. ταῦτα οἰκονομήσας, τὸν Πακουριανὸν μέγαν δομέστικον αὐτοῦ που καταλιπών, αὐτὸς πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέρχεται, ἐφ' ᾧ καὶ ξενικὰς ἁπανταχόθεν συλλέξασθαι δυνάμεις καὶ ἄλλ' ἄττα οἰκονομῆσαι τῷ καιρῷ καὶ τοῖς ξυμπεσοῦσι πράγμασι ξυμβαλλόμενα. οἱ δὲ Μανιχαῖοι, ὅ τε Ξαντᾶς καὶ ὁ Κουλέων, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ὡς εἰς δύο πρὸς τῇ ἡμισείᾳ χιλιάδας ποσουμένων, ἀσυντάκτως οἴκαδε ἐπανέρχονται. καὶ πολλάκις μετακαλούμενοι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος, ὑπισχνοῦντο
B μὲν ἐλεύσεσθαι, ὑπερετίθεντο δὲ τὴν ἔλευσιν. ὁ δὲ ἐπέκειτο, καὶ δωρεὰς αὐτοῖς καὶ τιμὰς διὰ γραφῶν ὑπισχνούμενος, καὶ οὐδ' οὕτω πρὸς αὐτὸν ἐλήλυθησαν. οὕτως οὖν τοῦ βασιλέως κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἑτοιμαζομένου, ἧκέ τις τῷ Ῥομπέρτῳ ἀπαγγέλλων τὴν τοῦ ῥηγὸς Ἀλαμανίας εἰς Λογγιβαρδίαν ὁδὸν ἤδη ἄφιξιν. ὁ δὲ ἐν ἀμηχανίᾳ γενόμενος, διεσκοπεῖτο, τί ἂν χρὴ ποιεῖν. πολλὰ τοίνυν γνωσιμαχήσας, ἐπεὶ τὸν μὲν Ῥογέρην ἐν τῷ πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν διαπεραῖν διάδοχον τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς καταλέλοιπε, τῷ δέ γε Βαϊμούντῳ νεωτέρῳ ὄντι οὔπω

1. δυνάμεις om. G. 3. Ἀλαμάνων C, Ἀλαμάνῳ G. 8. ξενικοῦ G. 13. ὑπισχνοῦνται C. 16. οὐδ' om. G. fortasse ἀλλ' οὐδ' οὕτω. lege ἐλήλυθεισαν. 18. Ἀλαμάνου C. 22. κατέλειπε C.

Longibardiam ex pacto invaderet, quo Robertum abstraheret, ipse autem facultatem nactus, legiones et auxilia rursus cogeret illumque Illyrico pelleret. in eo si rex Alemaniae ipsi operam commodasset, maximam se gratiam relaturum et promissam per legatos affinitatem iuncturum esse affirmavit. his ita dispositis, Pacuriano magno domestico ibi relicto, ipse Cpolim revertitur, ut et auxiliares undecunque copias cogeret, et alia quaedam pro tempore ordinaret. Manichaei autem, Xantas et Culeo, cum iis, quos ducebant, numero ad duo millia et quingentos, temere domum revertuntur; saepiusque ab imperatore invitati, redituros se promiserunt, sed distulerunt reditum. instabat ille et dona honoresque pollicebatur: at ne sic quidem reversi sunt. dum ita imperator adversus Robertum se parat, venit nuntius ad Robertum, qui Alemaniae regem iam in eo esse nuntiavit, ut Longibardiam invaderet. qua re ille in angustias adductus, dispiciebat, quid faciendum esset. postquam diu deliberavit, quoniam Rogerio filio, cum in Illyricum traiiceret, Longibardiae imperium commi-

χώραν τινὰ ἀπενείματο, συναγαγὼν τοὺς κόμητας ἅπαντας καὶ C
τοὺς ἐκκρίτους τοῦ ὁπλιτικοῦ παντός, μετακαλεσάμενος τὸν υἱὸν
αὐτοῦ Βαϊμοῦντον τὸν Σανίσκον, δημηγόρος προὐκάθητο καὶ
φησιν· "οἴδατε, κόμητες, ὅτι τὸν φιλτατόν μου υἱὸν Ῥο-
γέρην καὶ πρωτότοκον τῶν υἱῶν κύριον τῆς ἐμῆς ἐν τῷ πρὸς
τὸ Ἰλλυρικὸν μέλλειν διαπερᾶν κατέστησα χώρας. οὐ γὰρ
ἐχρῆν ἐκεῖθεν ὑποχωροῦντα καὶ τοιοῦτον ἀναδεχόμενον ἔργον
τὴν ἰδίαν χώραν ἄτερ ἡγεμόνος καταλιπεῖν εἰς προνομὴν ἕτοι-
μον παντὶ τῷ βουλομένῳ ἐκκεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ ὁ ῥῆξ Ἀλαμανίας V. 106
πολιορκήσων ταύτην ἤδη καταλαμβάνει, χρὴ καὶ ἡμᾶς, ὡς ἐνόν, D
ταύτης ἀντιποιήσασθαι. οὐδὲ γὰρ δεῖ ἑτέρων ἐπιλαμβανομένους
τῶν ἰδίων κατερραθυμηκέναι. λοιπὸν ἐγὼ μὲν ἄπειμι, ἐφ' ᾧ τῆς
οἰκείας χώρας ἀντιποιήσασθαι, τὴν πρὸς τὸν Ἀλαμανίας ἀνα-
δησάμενος μάχην. τουτῳὶ δέ μου τῷ υἱῷ τῷ νεωτέρῳ ἐπαφίημι
τό τε Δυρράχιον καὶ τὸν Αὐλῶνα καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις καὶ
στερῶν, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ Νικηφόρῳ τὴν τῆς νήσου Κρήτης ἀρχὴν ἀνέθετο εἰς ἐνδιαίτημα ἴδιον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ βασιλεύς. τούτων δὲ ὁ μὲν Λέων, φρονήματος ὢν ἀγαθοῦ καὶ P. 257
γνώμης ἐλευθέρας, ὁρῶν δὲ καὶ τὴν βασιλέως εἰς αὐτοὺς εὐμένειαν, ἔστεργε τὴν λαχοῦσαν, ἐπαναπαυόμενος οἷον ἐπὶ τοῖς παροῦσι κατὰ τὸν εἰπόντα "Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει." ὁ δέ γε Νικηφόρος δύσοργος καὶ βαρύμηνις ὤν, καὶ βυσσοδομεύων κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος καὶ τυραννήσειν μελετῶν οὐκ ἐπαύετο· ὑποβρύχιον δὲ ὅμως εἶχε τὴν βουλήν. ἤδη δὲ καὶ τοῦ ἔργου ἀπαρξάμενος, γνησιώτερόν τισι προσωμίλει. οὐκ ἐλάνθανε τοῦτο τοὺς πλείστους· δι' ὧν καὶ εἰς τὰς ἀκοὰς ἔφθανε τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ βασιλεὺς B
καινόν τι ποιῶν, μεταπεμπόμενος τούτους ἐν καιροῖς ἁρμοδίοις, οὐκ ἐνέφαινε μὲν τὸ ἀκουσθέν, εὐφυῶς δὲ παρῄνει καὶ τὰ εἰκότα συνεβούλευε. καὶ ὅσῳ μᾶλλον τῆς ἐπιβουλῆς ἐν γνώσει ἐγίνετο, τοσούτῳ μᾶλλον ἐλευθερώτερον πρὸς αὐτοὺς διετίθετο, οὕτω βουλόμενος τούτους κερδανεῖν. ἀλλ' ὁ Αἰθίοψ οὐκ ἐλευκαίνετο. ἔμενε γὰρ ὁ αὐτὸς καὶ μετεδίδου τῆς λύμης, ὁπόσοις ἂν προσεπέλασε, τοὺς μὲν δι' ὅρκων, τοὺς δὲ δι' ὑποσχέσεων σφετεριζόμενος. τοῦ μὲν οὖν κοινοῦ τοῦ στρατοῦ οὐ τοσοῦτον ἔμελλε τῷ Νικηφόρῳ· ἤδη γὰρ ἅπαντες πρὸς αὐτὸν ἀπονενεύκασι· ἀλλ' ὅλος πρὸς τοὺς μεγι- C

4. lege τε καὶ. 6. ἔλαβες G. ταύτην CG. 7. δύσοργος ὢν καὶ βαρύμηνις G. 8. καὶ prius om. G. τυραννεῖν συμμελετῶν οὐκ ἐπαύσατο CG. 17. κερδάνειν PG, recte C. 21. lege ἔμελε. 22. ἀπονενεύκασι πρὸς αὐτὸν G. μεγιστάνους CG.

ris parte, qui imperatricibus debetur, defraudabat; Nicephoro autem ipsi principatum insulae Cretae proprium dedit. ita quidem imperator. iuvenum autem alter, Leo, bona indole ingenuoque praeditus animo, cum imperatoris in se caritatem perspiceret, sorte contentus erat fortunaque, qua utebatur, acquiescebat, secundum illud: "quae tibi Sparta obtigit, eam orna." sed Nicephorus, natura impotens et iracundus, consilia adversus imperatorem agitare tyrannidemque affectare non desistebat. consilium tamen celabat. tandem rem iam aggrediens, familiariter cum quibusdam colloquebatur. id continuo palam factum est; unde res brevi ad imperatoris quoque notitiam pervenit. verum ille, nova quadam usus ratione, postquam suo quemque tempore arcessivit, non indicavit quidem, quod audiverat, sed salubria dedit consilia et quae res postulare videbatur, admonuit. et quo certiorem conspirationis cognitionem nactus erat, eo liberalius cum iis agebat; ita sibi eos conciliare studens. sed Aethiops non albescit. mansit enim idem Nicephorus et contagione, quoscunque

στᾶνας ἀπονενευκώς, τῶν τε ἡγεμόνων καὶ τῶν τῇ συγκλήτῳ κατειλεγμένων προκρίτων ἀνδρῶν πολλὴν φροντίδα ποιούμενος, ὑπεποιεῖτο αὐτούς. ἦν γὰρ τὴν φρένα μὲν ὀξύτερος ἀμφιστόμου ξίφους, στάσιμος δὲ οὐδαμῶς, εἰ μὴ ὅσον πρὸς τὸ τυραννήσειν τὸ ἀμετάθετον ἐνεδείκνυτο· μελιχρὸς ἐν λόγοις, ἐν συναναστροφαῖς ἡδύς, ταπεινοφροσύνην μὲν ὡς ἀλωπεκῆν ποτὲ περιβαλλόμενος, ἔστιν οὗν καὶ τὸ θυμοειδὲς καθάπερ λέων ἐμφαίνων ποτέ, ῥωμαλέος καὶ πρὸς Γίγαντας ἐγκαυχώμενος D ἁμιλλᾶσθαι, σιτόχρους τὴν ὄψιν, εὐρὺς τὰ στέρνα, ὑπερωμίας τῶν τότε καιροῦ ὄντων ἀνδρῶν. εἰ δὲ σφαιρίζοντα τοῦ- V. 204 τον εἰδέ τις, εἰ δὲ ἱππαζόμενον, εἰ δὲ ὀϊστὸν πέμποντα, εἰ δόρυ κραδαίνοντα καὶ ἱππασίας ποιούμενον, θαῦμα ἐδόκει καινὸν θεᾶσθαι, ἐκεχήνει τε καὶ μόνον οὐ πεπηγὼς ἦν. διὰ P. 258 τοῦτο καὶ μᾶλλον τὴν τῶν πολλῶν ἐπεσπᾶτο εὔνοιαν. τοσοῦτον δὲ τὸ σπουδαζόμενον αὐτῷ προῆει, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ αὐτοκράτορος γαμβρὸν Μιχαὴλ τὸν Ταρωνίτην τῷ τοῦ πανυπερσεβάστου τιμώμενον ἀξιώματι ὑποποιήσασθαι.

7. Ἀλλ' ἐπανακτέον τὸν λόγον αὖθις ὅθεν ἀπερρύη καὶ καθ' εἱρμὸν ἐκτέον τῆς διηγήσεως. ὁ μὲν οἶν αὐτοκράτωρ τοῖς λογισμοῖς ἀνατρέχων, ἐξ οὗπερ τὴν καθ' ἑαυτοῦ τοῦ

3. ὑποποιεῖτο PG, recte C. 5. τυραννίσειν G. 7. lege ἔστιν οὖ. 15. τὸν add. C.

accedebat, contaminavit, alios iuramentis sibi adiungens, alios promissis. ac vulgus quidem militum, non tantum operae dedit, ut pelliceret: iam enim omnes in ipsum se inclinabant: sed totus in eo erat, ut civitatis principes, tam exercitus duces quam qui in senatu plurimum auctoritate pollebant, omni cura sibi devinciret. habebat enim mentem ancipiti gladio acutiorem, constantem autem minime, praeterquam quod tyrannidis occupandae tenax esset. dulcis sermone, consuetudine comis, modestiae se plerumque specie tanquam pelle vulpina tegebat, sed idem non raro iracundus, ut leo, apparebat. corporis robore Gigantibus parem se gloriabatur. triticeus color oris, latum pectus. totis humeris eminebat supra eos qui tunc erant homines. iam vero cum vel pila luderet, vel equitaret, vel iaculum mitteret, vel hastam quateret, vel equestris pugnae specimen daret, admirationi spectantibus erat, qui tantum non attoniti adstabant. ea res maiorem etiam multitudinis favorem ipsi conciliavit. ac tam prospere inceptum succedebat, ut ipsum imperatoris ob ductam sororem affinem, Michaelem Taronitam, panhypersebasti dignitate ornatum, in partes suas traheret.

7. Sed redeundum est, unde deflexit narratio. imperator igitur, ex quo Diogenis adversus se odium perspexit, inde animo repetens,

Διογένους μελετὴν ἀνέγνωκεν, καὶ ὅπως ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τῆς αὐτοῦ ἀναρρήσεως ἀμφοῖν ἐχρήσατο τοῖν ἀδελφοῖν, ὁπόσης τε φιλοφροσύνης καὶ κηδεμονίας ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσιν αὐτοὺς ἠξίου, κἂν οὐδὲν τούτων τὴν τοῦ Νικηφόρου γνώμην ἐπὶ τὸ βέλτιον B
μετηλλοίωσεν, εἰς ἀμηχανίαν ἐνέπιπτεν. ταῦτ' οὖν ὁ βασιλεὺς ἀναλογιζόμενος πάντα καὶ ὅπως μετὰ τὸ σφαλῆναι αὖθις εἰσῄει, ὅπως ἀπώσθη παρὰ τοῦ Τατικίου, καὶ γνοὺς ὅπως τὸ φονουργὸν σιδήριον θήγων κατ' αὐτοῦ αἵμασιν ἀναιτίοις σπεύδει χρᾶναι τὰς χεῖρας, καὶ ὁ τέως ἐφεδρεύων καὶ νυκτὸς τὸν φόνον ἐπιτηρῶν τελέσαι ἀπαρακαλύπτως τοῦτον ἤδη ἐπισπεύδει, πολλοῖς ἐκυμαίνετο λογισμοῖς. ἤθελε μὲν οὖν οὐδαμῶς τὸν Διογένην μετελεύσεσθαι δι' ὃν πρὸς αὐτὸν ἐγκάρδιον ἐκέκτητο πόθον, ἐξόχως τὸν ἄνδρα φιλῶν. ἁπαξαπλῶς δὲ ἅπαντα συνελών, ὅπη τε προβήσεται τὸ δεινὸν ἐννοῶν, ἐπεὶ C
τὸν περὶ ψυχῆς κίνδυνον αὐτῷ ἐφιστάμενον ἔγνω, πλήττεται τὴν καρδίαν. καὶ εἰς ἓν τὸ πᾶν συναγαγών, δεῖν ἔκρινεν κατασχεῖν τὸν Νικηφόρον. ἐκεῖνος δὲ τὸν μελετώμενον ἐπισπεύδων δρασμὸν καὶ βουλόμενος νυκτὸς τῆς πρὸς Χριστουπόλεως φερούσης ἅψασθαι, ἑσπέρας ἀποστείλας εἰς τὸν Πορφυρογέννητον Κωνσταντῖνον τὸν δοθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ βασιλέως ταχυδρόμον ἵππον ᾐτεῖτο ἀποχαρίσασθαί οἱ. ὁ δὲ καὶ ἀνένευσε, λέγων μὴ δύνασθαι δῶρον τοιοῦτον αὐθήμερον τοῦ βα-

4. κἂν: καὶ G. 7. πατρικίου G. γνοὺς om. CG. 13. ἐκέκτητο ἐγκάρδιον G. 20. αὐτοῦ G. 21. καὶ om. CG. lege ὁ δέ γε.

cum reputaret, quemadmodum ab ipso imperii sui initio se erga utrumque adolescentem gessisset quantamque iis tot annis benevolentiam curamque praestitisset, licet nihil ista profecissent ad deliniendum Nicephori animum, consilii inopia affectus est. ad hoc consideravit, ut Nicephorus post irritum caedis consilium rursus ad se irrupisset, ut repulsus esset a Taticio; cumque intellexisset, illum cruentum ferrum acuentem insonti sanguine manus pollutum properare, et qui insidiis modo noctuque ipsius vitam appetivisset, eundem iam aperte caedem festinare, inter varia fluctuabat consilia. noluit quidem gravius aliquid de Diogene statuere ob eximium, quo hominem prosequebatur, amorem. tamen cum omnia secum perpenderet universa et quo evasurum esset malum, quoniam vitae periculum sibi imminens cognovit, timore perculsus, Nicephorum comprehendendum statuit. is fugam, quam meditabatur, parans ac noctu Christopolin versus contendere cupiens, misit sub vesperam ad Constantinum Porphyrogenitum, ut sibi equum celerem, quem imperator ei dederat, concederet. at hic renuit, dicens, non posse se tale imperatoris mu-

D σιλέως ἀποποιήσασθαι. ἐπεὶ δὲ πρωΐας ὁ βασιλεὺς τῆς προκειμένης ὁδοῦ ἥψατο, συνείπετο τούτῳ καὶ ὁ Διογένης, τοῦ διασκεδάζοντος βουλὰς καὶ λογισμοὺς ἀθετοῦντος λαῶν θεοῦ τοῦτον σφήλαντος, γνωαιμαχοῦντα μὲν τὸν δρασμόν, ὑπερτιθέμενον δὲ ὥραν ἐξ ὥρας, ὁποῖα τὰ τοῦ θεοῦ κρίματα. κατασκηνώσας οὖν ἀγχοῦ τῶν Σερρῶν, ὅπου καὶ ὁ βασιλεύς, αὐτὸς μὲν τῶν συνήθων εἶχετο λογισμῶν, ὡς πεφωραμένος ἤδη καὶ δεδιὼς τὸ μέλλον. ὁ δὲ βασιλεὺς μετακαλεῖται τηνικαῦτα τὸν ἴδιον
P. 259 ἀδελφὸν Ἀδριανὸν καὶ μέγαν δομέστικον κατ' αὐτὴν τὴν ἑσπέραν, ἐν ᾗ καὶ ἡ τοῦ μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου ἐτελεῖτο μνήμη. καὶ κοινοῦται αὖθις τούτῳ τὰ τοῦ Διογένους, μηδὲ τὸ πρότερον ἀγνοοῦντι, ὡς ξιφήρης εἰσήει, ὡς ἀπώσθη τῆς θύρας, ὡς τὸ πάλαι βεβουλευμένον, εἰ δυνατόν, ἴσταται σπεύδων τελέσαι. τηνικαῦτα οὖν ἐπισκήπτει τῷ δομεστίκῳ ὁ βασιλεὺς
V. 205 τὸν Διογένην εἰς τὴν ἰδίαν μετακαλέσασθαι σκηνὴν καὶ διὰ μειλιχίων λόγων καὶ παντοίων ὑποσχέσεων πεῖσαι ἀνακαλύψαι ἅπαντα τὰ βεβουλευμένα, ἀπάθειαν αὐτῷ ὑπισχνουμένῳ καὶ ἀμνηστίαν τοῦ λοιποῦ τῶν κακῶν, εἰ μηδ' ὁτιοῦν ἀποκρύ-
B ψειεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνίστορας ἐξείποι ἅπαντας. ὁ δὲ ἀθυμίας πλήρης γενόμενος, ὅμως ἐπλήρου τὸ κελευσθέν. ποτὲ μὲν οὖν ἀπειλῶν, ὁτὲ δὲ ὑπισχνούμενος, ὁτὲ δὲ καὶ συμ-

3. βουλὰς om. G. 4. ἀφείλαντος G. τὸν δρασμόν om. CG. 6. Σερῶν C. 9. Ἀνδριανὸν G. 16. πεῖραι P, δεῖσαι G, πεῖσαι C. 17. ὑπισχνούμενος CG. 20. τὰ κελευσθέντα CG. 21. ὁτὲ prius: ποτὲ CG.

nus eodem, quo accepisset, die alteri donare. postridie autem imperatore inceptum iter continuante, etiam Diogenes sequitur, a divino numine, quod hominum cogitationes pervertit et gentium consilia irrita reddit, in perniciem datus. cum enim fugam cogitaret, tamen, ut sunt dei consilia, horam ex hora trahebat. itaque dum prope Serras, ubi et ipse imperator erat, commoratur, eadem quidem consilia agitabat, utpote qui iam deprehensus esset futuraque timeret. imperator autem arcessivit fratrem suum Adrianum, magnum domesticum, illa ipsa vespera, qua magni martyris Theodori celebrabatur memoria; cumque rursus huic, qui nec ea ignoravit, quae antea acciderant, exposuisset, ut gladio armatus introisset, ut ab ostio repulsus esset, ut consilium dudum agitatum, si posset, exsequi properaret, domestico mandavit, evocaret Diogenem in suum tabernaculum eique blandis verbis et promissionibus omnis generis persuadere niteretur, ut omnia aperiret consilia; quorum si nihil celasset omnesque etiam coniurationis socios edidisset, impunitatem et criminum in posterum oblivionem polliceretur. Adrianus sollicitudine plenus,

βουλεύων, οὐκ ἔπειθε τὸν Διογένην ὅλως οὐδ' ὁτιοῦν τῶν βε-
βουλευμένων ἀνακαλύψαι. τί τὸ ἐπὶ τούτοις; ἤχθετο μὲν
ὁ μέγας δομέστικος καὶ ἠνιᾶτο, οὗ κακῶν φέρεται ὁ Διο-
γένης, στοχαζόμενος. ἔσχε γὰρ τοῦτον προφθάσας ὁ Διογέ-
νης γαμβρὸν ἐπὶ τῇ ὑστάτῃ τῶν ἑτεροθαλῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν.
ἔνθεν τοι καὶ μετὰ δακρύων ἐκλιπαρῶν αὐτὸν οὐκ ἀνίει· ἔπει-
θε δὲ οὐδαμῶς, κἂν αὐτὸς ἐνέκειτο, ἀναμιμνήσκων ἅμα καὶ
τῶν ὄπισθεν. σφαιριζοντι γάρ ποτε τῷ αὐτοκράτορι κατὰ τὸ C
ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ ἱππηλάσιον ἀνήρ τις βάρβαρος ἐξ
Ἀρμενίων καὶ Τούρκων φύς, ξίφος ἔσωθεν τῶν ἀμφίων φέ-
ρων, ἐπὰν τὸν αὐτοκράτορα τῶν συσφαιριζόντων ἀνασειρά-
σαντα τὸν χαλινὸν ἀπολειφθέντα ἐθεάσατο, ἐφ' ᾧ πνευστιῶν-
τα τὸν ἵππον ἀναψῦξαι, πρόσεισι μὲν τῷ αὐτοκράτορι γονυ-
πετῶν ἅμα καὶ αἰτεῖσθαι ὑποκρινόμενος. ὁ δὲ ἀνασειράζει
τὸν ἵππον εὐθὺς καὶ ἐπιστραφεὶς ἐπυνθάνετο, τί ἂν τὸ αἰτού-
μενον εἴη. ὁ δὲ φονεὺς μᾶλλον ἢ προσαίτης ὤν, τὴν χεῖρα
ὑποβαλὼν καὶ τοῦ ξίφους ἁψάμενος εἵλκε τοῦ κουλεοῦ. τὸ δ' D
οὐ συνείπετο τῇ χειρί. ἅπαξ οὖν καὶ δὶς τοῦ μὲν ξίφους ἀπο-
πειρώμενος, τοῖς δὲ χείλεσι ψευδεῖς αἰτήσεις συνείρων, ἀπο-
γνοὺς καὶ προσουδίσας ἑαυτὸν τῇ γῇ, ἔκειτο συγγνώμην ἐξαι- P. 260
τούμενος. ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν στρέψας τὸν χαλινόν, ἠρώτα ὅτου
χάριν συγγνώμην αἰτεῖ. καὶ ὃς τὸ ξίφος σὺν αὐτῷ κουλεῷ

3. lege οἷ κακῶν. 8. τὸ ἐν om. G. 11. ἐπὰν : ἐπ' αὐτὸν CG. σφαιριζόντων CG. 19. συνεὶς CG.

tamen quod iussus est, exsequitur. verum nec minando, nec pollicendo, nec suadendo Diogenes adduci potuit, ut vel minimam consiliorum partem detegeret. quid postea? magno domestico, qui bene nosset, quo malorum Diogenes rueret, gravem ea res dolorem attulit. siquidem Diogenes sororem germanam natu minimam ei in matrimonio collocaverat. quapropter etiam lacrimis eum obsecrare non desiit. nihil tamen quidquam profecit, etsi veteris memoriae recordationem repeteret. ludente enim aliquando imperatore pila in magni palatii area, barbarus quidam ab Armeniis et Turcis oriundus, gladio sub vestibus abdito, cum illum frenis adductis a ceteris sociis, quo equo anhelanti respirandi spatium daret, segregasse se animadvertisset, accidit ad pedes imperatoris, petentis specie. is, equo statim retento, conversus ad eum percontatur, quid vellet. tum ille, qui sicarius potius quam mendicus erat, submissa manu gladium e vagina educere parabat. cumque, semel iterumque facto conatu, frustra esset, mendaci verborum supplicatione, humi prostratus, veniam orabat. imperatori ad eum converso percunctantique, cuius rei pe-

ἐδείκνυ· στερνοτυπῶν δ' ἅμα καὶ ἐκθαμβούμενος καὶ βοῶν ἔλεγε "νῦν σε δοῦλον τοῦ θεοῦ γνήσιον ἔγνωκα, νῦν τὸν μέγαν θεὸν σκέποντά σε ἐν ὀφθαλμοῖς τεθέαμαι. ἐπὶ τῇ σφαγῇ γὰρ τῇ σῇ τουτὶ τὸ ξίφος κατασκευάσας καὶ λαβὼν οἴκοθεν, ἐνταῦθα πάρειμι, ἐφ' ᾧ κατὰ τῶν σῶν ὠθήσω σπλάγχνων. ἅπαξ δὲ καὶ δὶς καὶ τρὶς τοῦτο σπασάμενος, οὐδαμῶς ὑπεῖκον ἔσχον τῇ βίᾳ τῆς ἐμῆς χειρός." ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς καθαπερεὶ μηδέν τι τοιοῦτον ἀκηκοώς, ἐπὶ ταὐτοῦ σχήματος θαρσαλέος εἱστήκει. συνέδραμον δὲ πρὸς αὐτὸν παραχρῆμα ἅπαντες, οἱ μὲν ἀκροασόμενοι τῶν λεγομένων, οἱ δὲ ἐκθαμβούμενοι ἐπὶ τούτοις. οἱ δὲ εὐνούστερον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διακείμενοι, καὶ διασπαράττειν αὐτὸν ἐπεχείρουν, κἂν αὐτὸς νεύματί τε καὶ χειρὶ καὶ συχνοῖς ἐμβριμήμασιν ἀπεῖργε τῆς ἐγχειρήσεως. τί τὸ ἐπὶ τούτοις; παντελῶς ἀφέσεως ὁ φονεὺς ἐκεῖνος παραχρῆμα τυγχάνει στρατιώτης, οὐκ ἀφέσεως δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγίστων δωρεῶν· ἐπὶ τούτοις καὶ ἐλευθερίας παραπολαύει. πολλοὶ μὲν οὖν τούτων καὶ ὀχλοῦντες ἐνέκειντο τῆς βασιλευούσης ἀπελαθῆναι τὸν φονέα ἐκεῖνον· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, λέγων "ἐὰν μὴ κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. λοιπὸν θεῷ ἐπεύχεσθαι δεῖ, τὴν ἡμετέραν ἐκεῖθεν ἐξαιτουμένους διαμονὴν καὶ φρουράν."

1. στερνοκτυπῶν CG. vid. Lobeck. Phryn. p. 593. 7. γὰρ: lege οὖν. 9. θαῤῥαλέος G. 10. ἀκροασάμενοι G. τῶν λεγομένων om. G. δ' G. 11. εὐνούστερον C, εὐνούστεροι PG. 13. τε om. G.

teret veniam, gladium iste vaginae affixum monstravit; simul pectus tundens reique miraculo perculsus exclamavit: "nunc te verum dei servum cognovi, nunc deum maximum tueri te hisce oculis vidi; etenim cum huc advenissem, ut ensem hunc, ad tuam caedem paratum, in viscera tua conderem, semel iterumque ac tertio eum stricturus, neutiquam manui meae parentem habui." imperator, quasi nihil eiusmodi audiisset, eodem habitu imperterritus stetit. concurrunt repente omnes, alii rei cognoscendae cupidi, partim admiratione affecti. qui benevolentiore erga imperatorem animo erant, etiam discerpere istum aggrediebantur; verum ipse nutu manuque ac multis minis inceptum repressit. quid postea? omnino venia sicario statim datur, nec solum venia, sed larga etiam munera; ad hoc libertas concessa, ac licet complures enixe flagitarent, ut sicarius urbe pelleretur, tamen non obsecutus ille, "nisi, inquit, dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. proinde ad deum precemur oportet, nostram inde expetentes salutem praesidiumque." susurrabant tum nonnulli, Dioge-

ὑπεψιθύριζον οὖν τινές, μετὰ τῆς τοῦ Διογένους γνώμης τῷ τοῦ αὐτοκράτορος φόνῳ ἐπικεχειρηκέναι τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον, κἂν ὁ βασιλεὺς οὐδ' ὅλως ὑπεῖχε τούτοις τοῖς λόγοις τὰ ὦτα. ἀλλὰ μᾶλλον ἐβαρυμηνία κατ' αὐτῶν, τοσοῦτον αὐτοῦ ἀνεχόμενος, ὡς μέχρις αὐτοῦ λαιμοῦ τῆς ἀκωκῆς τοῦ ξίφους φθανούσης, τὸν ἀγνοοῦντα ὑποκρίνεσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω. τούτων οὖν ἀναμνήσας αὐτὸν ὁ μέγας δομεστίκος D καὶ μηδαμῶς πείθων, προσελθὼν ἀπαγγέλλει τῷ βασιλεῖ τὴν τοῦ Διογένους ἔνστασιν καὶ ὅτι ἔξαρνος παντάπασιν ὁ Διογένης ἐστί, καίτοι πολλὰ παρακληθείς, ὡς ἔλεγε, παρ' αὐτοῦ.

8. Παραπέμπεται τοίνυν τὸν Μουζάκην. καὶ ἐπισκήπτει ἔνοπλον μεθ' ἑτέρων παραγενόμενον, ἀναλαβέσθαι τοῦτον τῆς τοῦ μεγάλου δομεστίκου σκηνῆς καὶ εἰς τὴν ἰδίαν ἀπαγαγεῖν κἀκεῖσε μετὰ ἀσφαλείας τηρεῖν, δεσμῶν ἄτερ καὶ ἑτέρας κακώσεως. ὁ δ' εὐθὺς τὸ κελευσθὲν ἐπλήρου. καὶ παραλαβὼν τοῦτον εἰς τὴν ἰδίαν ἀπάγει σκηνήν. ἐπεὶ δὲ δι' ὅλης P. 261 νυκτὸς παρακαλῶν αὐτὸν καὶ συμβουλεύων οὐ μόνον οὐκ ἔπειθεν, ἀλλὰ καὶ ἀναισχύντως αὐτῷ προσφερόμενον ἑώρα, θυμοῦ πλησθείς, καὶ ἃ μὴ προστέτακτο ἐπιχειρεῖν ἠπείγετο. δοκιμάσας οὖν ἑτάσαι αὐτόν, ἤδη δὲ καὶ ἑτάζων, ἐπεὶ οὐδὲ πρὸς τὴν πρώτην προσβολὴν ὁ Διογένης ἀντισχὼν ἅπαντα ἀνομολογῆσαι διεβεβαιοῦτο, τῶν μὲν δεσμῶν λύει παραχρῆμα, καὶ γραφεὺς

10. ὡς παρ' αὐτοῦ ἔλεγε P, recte G. 20. πλησθεὶς C, πλεισθεὶς PG.

ne haud inscio hominem aggressum esse caedem. at Augustus, sermonibus hisce spretis, graviter etiam succensebat, eo usque illum perferens, ut licet ipsum iugulum admoto mucrone peteret, tamen nescire id simularet. his igitur in memoriam revocatis, cum magnus domesticus animum Diogenis flectere non posset, reversus imperatori contumaciam eius renuntiavit et quod negando omnino perstaret, etsi multum a se, ut aiebat, admonitus.

8. Tum imperator accersitum Muzacen cum armatis praesto esse iubet et Diogenem ex tabernaculo magni domestici in suum ipsius transferre ibique custodire, nullis tamen adhibitis vinculis aliavè contumelia. fecit ille extemplo, quod imperatum erat, comprehensumque in tabernaculum suum abduxit. ubi vero per totam noctem adhortando et admonendo non solum eum non movit, verum etiam insolenter tractatum se vidit, ira incensus, quae non erat iussus, facere properavit. etenim decrevit tormentis eum exquirere; cumque iam exquireret Diogenesque ad primum do-

τηνικαῦτα προκαλεῖται γραφίδα κατέχων· Γρηγόριος δὲ ἦν ὁ Καματηρὸς νεωστὶ προσληφθεὶς καὶ ὑπογραμματεύων τῷ αὐτοκράτορι. καὶ Διογένης ἅπαντα ἀπαγγέλλων, οὐδὲ τὸν φόνον παρεσιώπα. ἀναλαβόμενος δὲ πρωΐας ὁ Μουζάκης τάς τε ἐγγράφους αὐτοῦ ὁμολογίας καὶ ἃς ἀναζητήσας εὗρε παρά τινων πρὸς αὐτὸν πεμπομένας γραφάς, δι' ὧν ἐφαίνετο καὶ ἡ βασιλὶς Μαρία τὴν μὲν ἀποστασίαν τοῦ Διογένους εἰδέναι, τὸν δὲ φόνον μηδαμῶς συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐπιμελείας ἀπείργειν αὐτὸν οὐκ ἀπὸ τοῦ φόνου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς ψιλῆς ἐννοίας, κομίζει τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ ταύτας ἐπαναγνοὺς καὶ πλείων τῶν ὑποπτευομένων ἐγγεγραμμένοις εὑρηκὼς καὶ τούτους ἐκκρίτους ἅπαντας, ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν. οὐδὲ γὰρ ἔμελλεν τῷ Διογένει τοσοῦτον τῆς κοινότητος· εἶχε γὰρ αὐτοὺς πάλαι ὅλῃ ψυχῇ κεχηνότας καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπονενευκότας· ἀλλὰ πᾶν τὸ τὰ πρῶτα φέρον τοῦ στρατιωτικοῦ τε καὶ πολιτικοῦ συντάγματος ἔσπευδεν ὑποποιήσασθαι. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ τὰ τῆς βασιλίδος Μαρίας ἀνέκφορα μένειν ἠβούλετο. καὶ μέντοι καὶ διετήρησε τὸν ἀγνοοῦντα ὑποκριθεὶς δι' ἣν πρὸς αὐτὴν εἶχε πίστιν καὶ ὁμολογίαν καὶ πρὸ τοῦ τὰ τῆς βασιλείας ἀναδέξασθαι σκῆπτρα. διεδίδοτο δὲ

1. an προσκαλεῖται? γραφίδια G. 3. φθόνον G. 5. ἃς om. G. 11. ἐπαναγνοὺς G, ὑπαναγνοὺς P. lege πλείους. lege ἐγγεγραμμένους. 13. lege ἔμελε. 14. καὶ transponendum videtur post αὐτὸν. 18. διετήρει G. 19. ὁμολόγως G.

loris sensum omnia fassurum se esse polliceretur, statim remissis fidiculis, scriba advocatur, stilo instructus. Gregorius is erat Camaterus, qui nuper imperatori ab epistolis factus erat. Diogenes omnia confessus est ac ne caedem quidem reticuit. mane igitur Muzaces, quibus confessiones illius perscriptae erant, tabulas et quas indagaverat litteras, a quibusdam ad Diogenem datas, ex quibus apparebat, imperatricem quoque Mariam defectionem Diogenis non ignorasse, sed caedis tamen consilium minime probasse, quin etiam operam dedisse, ut eum non a caede tantum, sed ab ipso consilio revocaret, haec igitur scripta imperatori defert. quae cum is legisset, magna affectus est sollicitudine. quippe plures, quam suspicatus erat, litteris consignatos reperit, et eos quidem principes civitatis omnes. Diogenes enim non admodum studuit demerendae multitudini, cuius egregiam erga se voluntatem studiumque dudum nosset, sed quidquid castrensis atque urbanae nobilitatis erat, conciliare sibi nitebatur. imperator, quae quidem imperatricem Mariam attinebant, sempiterno silentio premi voluit; ac sane nihil quidquam eorum se scire assimulavit ob amicitiae foedus, quod inierat cum illa, antequam imperii potitus esset.

πανταχοῦ, τὴν τοῦ Διογένους βουλὴν παρὰ τοῦ Πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως καὶ υἱοῦ αὐτῆς διαμηνυθῆναι τῷ βασιλεῖ, κἂν ἄλλως εἶχε τὸ πρᾶγμα. ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἐξυπηρετουμένων τῷ Διογένει τὰ τῆς βουλῆς ῥήματα διεπορθ- D
μεύετο. ἐπεὶ δὲ ὁ Διογένης περιωρᾶτο καὶ δέσμιος ἤδη καὶ ὑπερόριος καθίστατο, καὶ οἱ τῆς αὐτοῦ βουλῆς ἔγκριτοι ὑπόπτους ἑαυτοὺς οἱ μὴ φθάσαντες ἁλῶναι ἤδη γεγενημένους διαγνόντες, περίφοβοί τε ἐφαίνοντο καὶ σκεπτόμενοι ὅ τι καὶ δράσαιεν, τούτους οἱ ἀμφὶ τὸν βασιλέα οὕτω κυμαινομένους κατανοοῦντες, ἐν ἀμηχάνοις ἑστάναι ἐδόκουν, ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ καθ' αὐτὸν ὁρῶντες, ὡς εἰς ῥητούς τινας περιγραφείσης ἤδη τῆς τοῦ αὐτοκράτορος ἀγωγῆς, τὸν κίνδυνον ὑπὲρ κεφαλῆς ἐφιστάμενον ἤδη ἔχοντος. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς λογισμοῖς ἀναλύων P. 262
εἰς τὰ ἐξ ἀρχῆς καὶ ποσάκις κατ' αὐτοῦ ὁ Διογένης ὁρμήσας καὶ σφαλεὶς ἐκ θείας δυνάμεως, αὐτὸς αὐτόχειρ τούτου φονεὺς ἤδη ἐφίστατο, πολλοῖς ἐκνμαίνετο λογισμοῖς. καὶ πολλὰς νοημάτων λαμβάνων μεταβολὰς καὶ τροπὰς παρ' ἑαυτῷ, ἐπεὶ ἅπαν τοῦ τε πολιτικοῦ καὶ στρατιωτικοῦ συντάγματος διεφθορὸς ταῖς τοῦ Διογένους θωπείαις ἐπέγνω, ἀποχρῶσαν μὴ ἔχων δύναμιν, ὥστε φρουρὰν πρὸς τοσούτους ἐπιστῆσαι, μήτε

2. αὐτοῦ G. 3. τῷ αὐτοκράτορι CG. δὲ: lege γὰρ. 5. an ἐπεφωρᾶτο? 6. ὑπόπτους ἑαυτοὺς transpone post ἁλῶναι. 9. κυμαινόμενοι CG. 11. ὡς — ἐφισταμένον om. G. an μετρητούς? idem supra 237, 11. 282, 13. 296, 21. 12. lege ἀρωγῆς. 15. φονεὺς τούτου G.

quod autem vulgo ferebatur, Diogenis coniurationem a filio eiusdem Mariae Constantino Porphyrogenito, imperii insignibus ornato, detectam esse imperatori, id secus erat. ab ipsis enim Diogenis familiaribus consilia eius paulatim erant divulgata. ceterum cum Diogenes, sceleris compertus, in custodiam iam datus esset atque exsilio multatus, qui nondum capti erant coniurationis participes, quoniam in suspicionem se venisse intelligebant, conturbabantur metu nec, quid agerent, habebant. quos ubi imperatoris familiares ita anxios animi sollicitosque viderunt, ipsi difficultatibus circumventi sibi videbantur, cum in summas angustias imperatorem adductum conspicerent, quippe cuius salus, imminente periculo, paucorum tantum praesidio niteretur. atque hic animo reputans omnia inde ab initio et quoties Diogenes, insidiis sibi structis, divino numine frustratus, vitam suam ferro appetivisset, magno cogitationum aestu fluctuabat. tandem, multum re secum deliberata, cum senatus exercitusque principes omnes Diogenis blanditiis corruptos nosset, destitutusque esset copiis, quibus tot custodiendos traderet, nec vero etiam multitudinem in-

μὴν ἀκρωτηριάσαι λαὸν παμπληθῆ ἐθέλων, τὸν μὲν Διογένην καὶ Κεκαυμένον τὸν Κατακαλὼν τοὺς πρωταιτίους ἐς Καισα-
B ρόπολιν ἐξέπεμψεν, ἐφ' ᾧ ἐμφρούρους καὶ δεσμώτας εἶναι μόνον, μηδὲν ἄλλο δεινὸν τέως κατ' αὐτῶν βουλευσάμενος, κἂν πάντες ἀκρωτηριάσαι τούτους αὐτῷ ξυνεβούλευον. ἠγάπα γὰρ τὸν Διογένην διαφερόντως καὶ τῆς προτέρας ἔτι περὶ αὐτὸν εἴχετο κηδεμονίας. ὑπερόριον δὲ καὶ τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν αὐτοῦ Μιχαὴλ τὸν Ταρωνίτην καὶ τὸν * * * * καὶ τὰς περιουσίας αὐτῶν ἀφελόμενος. τὰ δέ γε κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀσφαλὲς ἐλογίσατο μηδὲ εἰς ἔξέτασιν ἀγαγεῖν ὅλως, ἀλλὰ διὰ
C συμπαθείας τούτους μᾶλλον καταμαλθάξαι. κατὰ μὲν οὖν τὴν ἑσπέραν ἕκαστος τῶν ὑπερορίων τὴν λαχοῦσαν αὐτῷ κατελάμβανεν, καὶ ὁ Διογένης τὴν Καισαρόπολιν· τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς τῆς οἰκείας μεθίστατο καταστάσεως, ἀλλὰ ἐπὶ ταὐτοῦ ἅπαντες μεμενήκεσαν.

9. Ἐν τούτοις δὲ τοῖς δεινοῖς ὄντων, τῇ μετ' αὐτὴν βουλομένου τοῦ αὐτοκράτορος μετακαλέσασθαι πάντας καὶ τὸ δοκοῦν αὐτῷ διαπράξασθαι, ὁπόσοι εἰς τὸν αὐτοκράτορα πόθον ἐγκάρδιον ἔτρεφον τῶν τε ἐξ αἵματος καὶ ἀγχιστείας αὐτῷ προσηκόντων, καὶ ὁπόσοι πατρῷα θεράποντες τότε παρῆσαν, ὐβριμοεργοὶ καὶ ταχεῖς μὲν συνιδεῖν τὸ μέλλον, ἀγχίνοοι δὲ τὸ συνοῖσον ἐν ἀσκέπτῳ καταπράξασθαι χρόνῳ, δεδιότες μη

2. *Καυμένον* CG. 4. *μηδὲ* G. 7. *εἶχεν* G. 10. *ἀσφαλῶς* G. 14. *ἀλλ'* G. 20. *πρώην οἱ* CG. lege *πατρῷοι*. 21. *ὀβριμοεργοὶ* G, *ὁμβριμοιργοὶ* P. *ἀγχίνοες* CG. vid. Lobeck. Paralip. p. 174.

gentem poena afficere vellet, Diogenem et Cecaumenum Catacalonem coniurationis auctores Caesaropolim mittendos ibique in custodia citra noxam habendos statuit, quamquam omnes, ut excaecari eos iuberet, suadebant. quippe amantissimus erat Diogenis eademque, qua antea, cura eum prosequebatur. relegavit quoque sororis suae coniugem, Michaelem Taronitam et * * * *, bonaque eorum publicavit. reliquos e re videbatur ne in examen quidem vocare, sed ignoscendo potius sibi conciliare. sub vesperam igitur Diogenes Caesaropolim et alii alio, quo relegati erant, perrexere; ceterorum nemo loco summotus est, sed eodem omnes statu mansere.

9. In hac tanta difficultate rerum imperator convocare postridie concionem et quae sibi viderentur, exsequi cogitabat. quicunque ei cupiebant ex cognatis affinibusque, et quotquot paterni ministri aderant, viri fortes nec minus acres in coniiciendis futuris, quam in iis, quae usui erant, exsequendis promtissime: hi igitur metuebant, ne postridie, multitudine confluente, nonnulli eum adorti in ipso solio

πως τῇ μετ' αὐτὴν τοῦ πλήθους συρρεύσαντος ἐφορμήσαντό τινες διαμελίσωσιν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ θρόνου, πολλάκις ξίφη ὑπὸ D τὰ ἀμφία φέροντες, ὥσπερ ποτὲ ἐκεῖνος ὁ σφαιρίζοντι τούτῳ ἐν σχήματι προσαίτου προελθών, (τὸ δὲ οὐκ ἄλλην εἶχε τὴν θεραπείαν ἢ τὸ τὰς πρὸς τὸν Διογένην ἁπάντων περιελεῖν ἐλπίδας, τὴν τῶν τούτου ὀμμάτων ὡς ἐν παραβύστῳ διαφημισάντων ἐκτύφλωσιν,) μεταπεμψάμενοί τινας διαπέμπονται τοὺς τοῦτο πρὸς πάντας διακηρυκεύσοντας ἐν ἀπορρήτοις, κἂν μηδ' εἰς νοῦν οὔπω τοῦτο τοῦ αὐτοκράτορος ὅλως ἀνῇει. ὁ δὲ P. 263 λόγος οὗτος κἂν ψιλὸς τότ' ἦν, εἰς ἔργον ὅμως προὐβέβηκε, καθὼς ὁ λόγος κατωτέρω διατρανώσειεν. ἐπὰν δὲ ὁ ἥλιος τοῦ V. 208 ὁρίζοντος ὑπερκύψας λαμπρὸς ἀνέθορεν, ὁπόσοι τῶν περὶ τὸν αὐτοκράτορα μὴ τῆς τοῦ Διογένους λύμης μετειλήχασι καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ πάλαι τῶν βασιλικῶν σωμάτων τεταγμένοι φύλακες, πρῶτοι πρὸς τὴν βασιλικὴν ἐχώρουν σκηνήν, οἱ μὲν ξίφη περιεζωσμένοι, οἱ δὲ δόρατα φέροντες, οἱ δὲ τὰς βαρυσιδήρους ῥομφαίας ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες, ἐκ διαστήματός τινος τοῦ βασιλικοῦ θρόνου εἰς μηνοειδὲς σχῆμα ἑαυτοὺς ἱλαδὸν καταστήσαντες καὶ οἷον ἐναγκαλισάμενοι τὸν αὐτοκράτορα, B θυμῷ στρατηγούμενοι πάντες καὶ θήγοντες κἂν μὴ τὰ ξίφη, ἀλλὰ τὰς καρδίας. ὅσον δὲ συγγενὲς ἐξ αἵματός τε καὶ ἀγχι-

1. lege ἐφορμήσαιντό τινες καὶ διαμελ. vid. annotat. 3. τούτου G. 4. lege προσελθών. 10. προβέβηκε CG. 11. τρανώσειεν CG. 14. lege δή. 16. δῶρα CG. 18. μηνοειδὲς F, μηνειοδὲς P, μοειδὲς G. 21. δὲ om. CG.

conciderent, gladios fortasse vestibus tegentes, sicut ille, qui quondam mendici habitu ludentem eum pila adierat. cui rei cum non aliter occurri posset, quam si omnium spes, in Diogene posita, ita praecideretur, ut eum clam excaecatum esse in vulgus spargerent, miserunt, qui hoc omnibus secreto renuntiarent, quamquam id ne in mentem quidem imperatori venerat. etsi is tunc quidem rumor erat merus, tamen in rem mox evasit, ut narratio infra docebit. luce igitur orta, quotquot ex imperatoris familiaribus Diogenis scelere infecti non erant, atque ipsi illi ad imperatorum praesidium olim constituti milites, ad regium tabernaculum primi tendunt, ensibus partim, partim hastis armati, alii rhomphaeas ferreas magno pondere humeris gestantes, nec procul ab imperatorio solio lunata acie turmatim consistunt imperatoremque quasi cingunt, strenui omnes et, si non tela, certe animos exacuentes. quidquid sanguinis aut affinitatis necessitudine eum contingebat, proxime solium stabat utrimque; a dextra laevaque ceteri collocati erant milites. imperator in throno terribilis adspectu sedebat, non regio magis quam militari ornatu, nec admodum

στείας τούτῳ προσῆκον, ἀγχοῦ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἐφ' ἑκάτερα ἵσταντο. δεξιόθεν δὲ καὶ ἐξ εὐωνύμων ἕτεροι καθίσταντο ὑπασπισταί. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπὶ θώκου φοβερὸς προὐκάθητο, οὐ βασιλικῶς ἐσταλμένος μᾶλλον ἢ στρατιωτικῶς, οὐδὲ πολὺ μετέωρος, ὁποῖα τὰ ἐκείνου μὴ ἐπηρμένα. χρυσὸς δὲ ὅμως τὸν θρόνον ὑπήλειφεν, ὑπερανεστήκει τε τὴν κεφαλήν. συνέσταλτο C δὲ τούτου τὸ ἐπισκύνιον, τὴν δὲ παρειὰν ἐπιπλέον τότε ὁ ἀγὼν κατεφοίνισσε, τὰ δὲ ὄμματα πεπηγότα ἐπὶ συννοίας καὶ πλήρη ἐνθυμημάτων ὑπεμφαίνοντα τὴν ψυχήν. συνέθεον δὲ ἅπαντες ὁμοῦ πεφοβημένοι καὶ τὰς ψυχὰς μικροῦ ἐς ἀέρα ὑπὸ φόβου ἐξερεύξασθαι ἐκβιαζόμενοι, τῶν μὲν ὀξύτερον βέλους ὑπὸ τῆς σφῶν συνειδήσεως κεντουμένων, τῶν δὲ τὴν καινὴν ὑποψίαν δεδιότων. φωνὴ δέ τις παρ' οὐδενὸς ἐξηκούετο, ἀλλ' ἀτενὲς πρὸς τὸν ἐφεστηκότα τῇ πύλῃ τῆς σκηνῆς ἀπονεύοντες ἐπτοημένοι ἑστήκεσαν. ἀνὴρ δὲ οὗτος καὶ εἰπεῖν συνετὸς καὶ καταπρά- ξασθαι δυνατός· Ταΐκιος τούτῳ τὸ ὄνομα. τούτῳ ὁ βασι- λεὺς ἐνατενίσας, δοῦναι τοῖς ἔξωθεν τὴν εἴσοδον διὰ τοῦ βλέμ- D ματος ἐνέφηνεν. ὁ δὲ παραχρῆμα τῆς εἰσόδου τούτοις παρα- χωρεῖ. οἱ δὲ καίπερ δεδιότες, ἀλλ' ὅμως εἰσῆεσαν, τετρεμ- μένοι τε τὰς ὄψεις καὶ βραδεῖ ποδὶ στείχοντες. κατὰ στοί- χους δὲ τὴν στάσιν λαχόντες, ἐκαροδόκουν τὸ μέλλον ἕκαστος δεδιώς, ὡς τὸν περὶ ψυχῆς λοίσθιον δρόμον δραμούμενος. ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ ἐθάρρει παντάπασιν, (κατ'

1. αὐτῷ CG. 3. φοβεροῦ G. 4. μηδὲ CG. 5. ἐπηρ- μένου G. 6. lege ὑπείληφεν. 10. ὑπὸ ἐξερεύξασθαι φό- βου P, recte CG. 11. βιαζόμενοι CG. 15. συνετὰ — δυ- νατὰ G. 17. ἔξω CG. 19. lege τετραμμένοι.

excelsus, ut statura haud procera erat. quamquam auro erat solium circumdatum, et ipse supereminebat capite. supercilia eius contracta erant, genae ob animi contentionem solito rubicundiores, oculi in cogitatione defixi animumque consiliorum plenum prodentes. concurrebant cuncti pariter conterriti et prae metu tantum non exanimes, quippe qui partim conscientia aculeo acrius pungerentur, partim novam timerent suspicionem. nec ulla vox a quoquam audiebatur, sed pavidi stabant, intentis in tabernaculi portae custodem oculis. erat is Taticius, vir et consilio prudens et manu strenuus: quem cum nutu iussisset imperator eos, qui foris essent, intro admittere, intrandi iis continuo potestatem dedit. illi, quantumvis trepidi, tamen introiere, confuso vultu et pede cunctabundo. mox ordine collocati, quid futurum esset, exspectabant animo anxio, tanquam de vita periclitaturi. nec vero imperator ipse plane vacuus erat metu, (humanitus dico,

ἄνθρωπον λέγω, εἰ μὴ ὅσον εἰς θεὸν ἀναφέρων τὸ πᾶν,) δεδιὼς τὸ σύμμικτον τῶν παρεστώτων, μὴ ἄλλο τι ὀξὺ καὶ δεινὸν κατ' αὐτοῦ μελετήσαιεν. στερροτέροις δὲ λογισμοῖς ἑαυτὸν ἐδράσας καὶ ἅπαξ τοῖς ἀγῶσιν ἐγκαταστάς, τῆς πρὸς P. 264
αὐτοὺς δημηγορίας ἤρχετο· οἱ δὲ καὶ αὐτῶν ἰχθύων ἀφωνότεροι ἑστήκεσαν, καθαπερεὶ τὰς γλώττας ἐγκεκομμένοι· "οἴδατε," λέγων, "ὡς οὐδὲν δεινὸν παρ' ἐμοῦ ὁ Διογένης ἐπεπόνθει ποτέ. οὔτε γὰρ τὴν ἀρχὴν ταυτησὶ τῆς βασιλείας ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀφειλόμην ἐγώ, ἀλλ' ἕτερος, οὐδέ τι δεινὸν ἢ λυπηρὸν τὸ παράπαν εἰς αὐτὸν πέπραχα. καὶ τῆς βασιλείας εἰς ἐμὲ θεοῦ πάντως νεύσει μεταβιβασθείσης, οὐ μόνον αὐτὸν καὶ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Λέοντα ἐπὶ ταὐτοῦ διεφύλαξα, ἀλλ' ὡς οἰκείους παῖδας καὶ ἐπόθησα καὶ ἐχρησάμην. τὸν δὲ Νικηφόρον καὶ πολλάκις κατ' ἐμοῦ βουλευόμενον φωράσας, τοσαυτάκις B
συμπαθείας ἠξίωσα. καὶ μηδὲ πάλιν διορθούμενον ἠνειχόμην ἐπικρύπτειν τὰ πολλὰ τῶν αὐτοῦ μηνιμάτων, κατανοῶν τὴν V. 209
τῶν ἁπάντων πρὸς αὐτοὺς δυσμένειαν, κἂν μηδὲν τῶν παρ' ἐμοῦ εἰς αὐτὸν γενομένων ἀγαθῶν τὸ δολερὸν τῆς αὐτοῦ γνώμης ἠλλοίωσεν. ἀλλ' αὐτὸς ἀντὶ πάντων θάνατόν μοι ἐπεψηφίσατο." ἐπεβόησαν δ' ἐπὶ τούτοις ἅπαντες, ὡς οὐ βούλοιντ' ἂν ἕτερον προεστηκότα ἐν βασιλείῳ ἰδεῖν σχήματι, οὐ τοῦτο οἱ πλείους βουλόμενοι, ἀλλ' ἦσαν θῶπες αὐτῶν οἱ λό-

3. στερρότερον CG. 15. an διορθουμένου, ἠνειχόμην ἐπικρύπτων? 17. αὐτὸν τὴν G.

sine fiduciae respectu, qua in deo acquiescere solebat,) verebatur enim a multitudine omnis generis, ne quid gravius contra se moliretur. tamen cum se animo obfirmasset semelque periculum subisset, verba facere hunc in modum coepit, dum illi ipsis piscibus mutiores adstant, tanquam linguis excisis. "scitis, inquit, nulla unquam in re laesum esse a me Diogenem. non enim ego patrem eius imperio privavi, sed alius, nec omnino iniqui in eum molestive quicquam feci; immo imperio dei voluntate ad me translato, non modo ipsum eiusque fratrem Leonem eodem in statu manere sivi, verum etiam paterno amore, acsi filii essent mei, amplexus sum. Nicephorum autem, saepius in insidiis mihi struendis deprehensum, nunquam non venia donavi, et cum parum ad bonam frugem proficeret, sustinui tamen pleraque ab eo scelerate suscepta negligere, commune in istam familiam odium reputans. quamquam nihil eorum, quae bene illi feci, subdolum eius animum frangere potuit, sed pro his omnibus ipse mihi necem inferre decrevit." ad haec cuncti nolle se alium principem clamabant, etsi plerique non ita sentiebant, sed adulabantur

C γοι, τὸν ὑπόγυιον διαδρᾶναι κίνδυνον ἐντεῦθεν μηχανώμενοι. ὁ δὲ βασιλεὺς προαρπάσας τὸν καιρόν, συμπαθείας κοινῆς τοὺς πλείονας ἠξίου, ὡς τῶν αἰτίων τῆς βουλῆς ὑπερορίαν πρότερον κατακριθέντων. ἐπὶ τούτου θροῦς ἦρτο πολύς, οἷον οὐδείς πω τῶν τότε παρόντων εἰς ἔτι καὶ νῦν τῶν ὤτων, ὡς λέγουσιν, ἐντὸς εἰσεδέξατο, τῶν μὲν ἐπαινούντων τὸν βασιλέα καὶ θαυμαζόντων τῆς ἀνεξικακίας καὶ πραότητος, τῶν δὲ τοὺς ὑπερορίους διασυρόντων καὶ θανάτου ἀξίους εἶναι διενισταμένων, ὁποῖα τὰ τῶν ἀνθρώπων. οὓς γὰρ τὴν σήμερον μακαρισμοῦ ἀξιοῦσι, προπέμπουσί τε καὶ διὰ τιμῆς ἄγουσιν, ἐπὰν D περιτραπέντα τούτῳ τοῦ βίου τὸν κύβον θεάσοιντο, πᾶν τοὐναντίον εἰς αὐτὸν ἐνδεικνύμενοι οὐκ αἰσχύνονται. ὁ δὲ βασιλεὺς νεύματι τούτους κατασιγάσας, αὖθις ἔφη· "οὐ χρὴ θορυβεῖσθαι, οὐδὲ συγχεῖν τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν. ἔγωγε γάρ, καθὼς ἔφην, ἅπαντας συμπαθείας ἀξιώσας, πάλιν ὁποῖος τὰ πρότερα πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι." ἐν ᾧ δὲ τούτους συμπαθείας ὁ βασιλεὺς ἠξίου, ἄτερ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἀποστείλαντες οἱ P. 265 τὴν βουλὴν ἐκείνην βουλευσάμενοι τῶν ὀμμάτων τὸν Διογένην ἐστέρησαν. ταὐτὰ τούτῳ καὶ κατὰ τοῦ Κεκαυμένου Κατακαλὼν ὡς τῆς αὐτοῦ βουλῆς κεκοινωνηκότα τῷ Διογένει κατεψηφίσαντο. ἡμέρα δὲ ἦν, ἐν ᾗ ἡ τῶν κορυφαίων Ἀποστό-

1. an μηχανωμένων? 5. πω add. CG et in margine P. ὤτων C, ὄντων PG. totum locum sic corrige τῶν τότε παρόντων καὶ εἰς ἔτι καὶ νῦν περιόντων τῶν ὤτων. 9. μακαρισμῶν C, μακαρισμὸν G. 18. ἐκείνου CG. 20. lege αὐτῆς. lege κεκοινωνηκότος.

tantum, quo praesens periculum effugerent. imperator vero, hac opportunitate usus, gratiam se facere plerisque criminis dixit, quod coniurationis principes exsilio damnati iam essent. ibi tum ingens oritur tumultus, qualem nemo eorum, qui tum aderant atque etiamnum superstites sunt, audire se meminit, aliis quidem laudantibus imperatorem ac propter patientiam clementiamque admirantibus, aliis exsules lacerantibus morteque dignos contendentibus, ut hominum mos est. quem enim hodie beatum praedicant, cui pompam faciunt, quem omni prosequuntur honore, simulac vitae sortem conversam viderint, nullo pudore prohibentur, quominus contraria omnia faciant. imperator, nutu silentio indicto, "non decet, inquit, tumultuari et propositam causam interrumpere. ego enim, ut dixi, ceteros omnes indulgentia dignatus, erga vos rursus, qualis antea, ero." interea dum hi venia donantur, consilii illius auctores, imperatore invito, mittunt, qui Diogeni oculos eruerent. eodem supplicio et Cecaumenum Catacalonem, quippe eius participem consiliorum, affecerunt. dies erat princi-

λων μνήμη ἐτελεῖτο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔκτοτε καὶ μέχρι σήμερον λογοποιεῖται. εἰ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς περὶ τούτου παρ' αὐτῶν εἰσηγηθεὶς ἐνδέδωκεν, ἢ καὶ τὸ πᾶν τῆς ἐκείνου γνώμης ἦν, θεὸς ἂν εἰδείη· ἔγωγε τέως οὐ πάνυ τι γινώσκειν ἔχω βεβαίως.

10. Τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ ἐκ τοῦ Διογένους συμπεσόντα τῷ αὐτοκράτορι, παραδόξως τῆς ἀμάχου τοῦ ὑψίστου χειρὸς ῥυσαμένης τοῦτον ἐξ ὑπογυίου κινδύνου. αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν B τῶν συμπιπτόντων ἐμαλακίζετο, ἀλλὰ καὶ ὡς κατευθὺ Δαλματίας ἤλαυνε. μεμαθηκὼς δὲ ὁ Βολκάνος τὴν εἰς τὸ Λιπένιον τοῦ αὐτοκράτορος ἔλευσιν καὶ ἐπικαταλαβόντα τοῦτον θεασάμενος, καὶ πρὸς τὰς Ῥωμαϊκὰς παρατάξεις καὶ τὸν συνασπισμὸν ἐκεῖνον καὶ τὴν στρατηγικὴν πανοπλίαν μηδ' ἀντωπῆσαι δυνάμενος, ἀποστείλας παραχρῆμα τὰ περὶ εἰρήνης ῥητα, ὑπισχνούμενος ἅμα καὶ αὐτοὺς τοὺς προϋπεσχεθέντας ὁμήρους ἀποστεῖλαι καὶ μηδέν τι δεινὸν τοῦ λοιποῦ διαπράξασθαι. δέχεται τοίνυν τὸν βάρβαρον ἀσμένως ὁ αὐτοκράτωρ, ἀχηδιῶν οἷον καὶ ἀποστρεφόμενος τὴν ἐμφύλιον μάχην· C κἂν γὰρ Δαλμάται ἦσαν, ἀλλ' ὅμως Χριστιανοί. ἐκεῖνος δ' εὐθὺς τεθαρρηκὼς προσεληλύθει συνεπαγόμενος τούς τε συγγενεῖς καὶ ἐκκρίτους τῶν ζουπάνων, καὶ προθύμως ὁμήρους τοὺς αὐτοῦ ἀνεψιαδεῖς τῷ αὐτοκράτορι παραδέδωκε, τόν τε

15. τοὺς om. G. προυπεσχημένους CG. 18. τὴν ἐμφύλιον om. CG. 19. καὶ G. δὲ G.

pum Apostolorum memoriae sacratus. atque haec quidem fama ex illo tempore etiamnunc tenet. utrum etiam imperator, edoctus ab illis, assenserit, an totum ipsius fuerit consilium, deus sciverit: ego certe ea de re nihil prorsus habeo comperti.

10. Tali modo a Diogene insidiae structae erant imperatori, quem mirum in modum invicta summi numinis vis ex praesenti periculo eripuit. ipse ob ea, quae sibi acciderant, nihilo demissiore erat animo, sed vel sic recta in Dalmatiam contendit. quem ubi Bolcanus Lipenium advenisse cognovit, quoniam Romanorum aciem omnemque bellicum apparatum ne intueri quidem contra sustinuit, statim legatos de pace misit, pollicens se et promissos obsides redditurum et ab omni deinceps iniuria temperaturum. accepit perlibenter barbarum imperator, bellum exosus civile; quanquam enim Dalmatae, Christiani tamen erant. ille statim magna fiducia se ad eum confert, comitantibus cognatis zupanorumque electis, ac lubenti animo obsides imperatori tradidit consobrinorum suorum filios, unum Uresin nomine, alterum Stephanum Bolcanum, praeterea alios, nu-

Οὖρεσιν καλούμενον καὶ Στέφανον τὸν Βολκάνου, καὶ ἑτέρους τὸν εἴκοσι ἀριθμὸν ἀποπληροῦντας. οὐ γὰρ ἐνὸν ἦν αὐτῷ
V. 210 ἄλλως πως τοῦ λοιποῦ διατεθήσεσθαι. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ὑπόσα διὰ μάχης καὶ σιδήρου ἀνύεσθαι πέφυκεν, εἰρηνικῶς διαλύσας, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέστρεψεν. τοῦ μέντοι
D Διογένους ἐκήδετο πάνυ, καὶ δακρύων ὡρᾶτο καὶ βύθιον στένων δι' αὐτὸν ἐξηκούετο. πολλήν τε τὴν περὶ αὐτὸν φιλοφροσύνην ἐπεδείκνυτο, καὶ ἀνακτᾶσθαι τοῦτον ἔσπευδεν, καὶ τοῖς πλείοσι τῶν ἐξ αὐτοῦ ἀφαιρεθέντων αὖθις τοῦτον ἀποκατέστησεν. αὐτὸς δὲ κατακώχιμος ὑπὸ τῆς λύπης ὢν καὶ τὴν ἐν μεγαλοπόλει διατριβὴν ἀποστρεφόμενος, τοῖς ἰδίοις
P. 266 ἀγροῖς ἐμφιλοχωρῶν ἦν, ταῖς τῶν παλαιῶν προσανέχων διόλου βίβλοις, ἄλλων ὑπαναγινωσκόντων αὐτῷ. στερούμενος γὰρ φωτός, ἑτέρων ἐχρᾶτο πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν ὄμμασιν. ἀνὴρ δὲ οὗτος τοσοῦτος τὴν φύσιν, ὡς καὶ μὴ ὁρῶν τὰ τοῖς ὁρῶσι δυστέκμαρτα ῥᾳδίως καταλαμβάνων. πᾶσαν μὲν δὴ ἔκτοτε παιδείαν διελθὼν καὶ αὐτὴν δὴ τὴν περίκλυτον γεωμετρίαν, τὸ καινότατον, φιλοσόφων τινὶ ἐντυχὼν διὰ στερεῶν τούτῳ τὰ σχήματα παρέχειν ἐπέταττεν· ὁ δὲ τῇ τῶν
B χειρῶν ψηλαφήσει ἁπάντων τῶν τῆς γεωμετρίας θεωρημάτων τε καὶ σχημάτων ἔσχε κατάληψιν, καθάπερ ἐκεῖνος ὁ Δίδυμος, ὃς δι' ὀξύτητα νοῦ καὶ ἄνευ ὀμμάτων μουσικῆς καὶ

1. Βελκάνον CG. 5. ἐπανέστρεφεν CG. 14. ὄμμασιν om. P, recte CG. 15. ὁρῶντα PG, em. Brockhoffius. 16. lege καταλαμβάνειν.

mero viginti. neque enim alia conditione pacisci ei in posterum licuit. at imperator, quae bello armisque confici solent, pace consecutus, in urbem rediit. Diogenis autem rebus non desiit consulere eiusque casum lacrimis et gemitu prosequi. ac magnam omnino benevolentiam homini praestitit consolarique eum studuit et pleraque bona, quibus multatus erat, eidem restituit. at Diogenes, aegritudini indulgens, urbanae vitae odio in praediis suis degebat et in veterum scriptis omne studium collocabat, aliis ei praelegentibus. etenim luminibus privatus, alienis ad legendum utebatur oculis. atque hic vir tanto erat ingenio, ut, cum caecus esset, tamen ea facile perspiceret, quae oculis praediti vix perspiciunt. universum exinde disciplinarum orbem emensus est atque ad ipsam, quod maxime mirere, geometriam illam accessit, duce philosopho quodam, quem sibi ex solida materia figuras efformare iussit. manuum enim contrectatione omnia geometriae theoremata atque figuras comprehendebat, sicut Didymus ille, qui oculis captus ingenii quadam vi summam artis musicae et geo-

γεωμετρίας εἰς ἄκρον ἐλήλυθεν, εἰ καὶ μετὰ τὴν γνῶσιν τούτων εἰς αἵρεσιν ἄτοπον συνηλάθη, τὸν νοῦν ἐκτυφλωθεὶς ὑπὸ κενοδοξίας, καθάπερ ὑπὸ πάθους τὰ ὄμματα. θαυμάζει μὲν οὖν ἅπας ταῦτα ἀκούων. ἐγὼ δὲ καὶ τεθέαμαι τὸν ἄνδρα καὶ τεθαύμακα καὶ περὶ τοιούτων λαλοῦντος ἀκήκοα· μηδ' αὐτὴ δὲ τῶν τοιούτων παντάπασιν ἀμελέτητος οὖσα, ἐπεγίνωσκον C τοῦτον ἀκριβῆ τῶν θεωρημάτων γνῶσιν ἔχοντα. εἰ δὲ καὶ περὶ λόγους ἠσχόλητο, τῆς παλαιᾶς ὅμως κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος οὐκ ἀφίστατο μηνίδος, ἀλλὰ τὸν τῆς τυραννίδος λογισμὸν ὑποτυφόμενον εἶχε διόλου. καὶ μέντοι καί τισιν αὖθις τοῦ ἀπορρήτου τούτου κεκοινώνηκε λογισμοῦ, ἀφ' ὧν εἴς τις τὰ βεβουλευμένα προσελθὼν προσαγγέλλει τῷ αὐτοκράτορι. μεταπεμψάμενος δὲ τὸν Διογένην, ἐπυνθάνετο περὶ ὧν τε βε- D βούλενται καὶ περὶ τῶν τῆς βουλῆς αὐτῷ κεκοινωνηκότων. καὶ ὃς πάντα θᾶττον ἀνομολογήσας, παραχρῆμα συμπαθείας ἠξίωτο.

2. συνηλάθη τὸν νοῦν, ἐκτυφλωθεὶς PG. correxi. 5. τούτων G. 12. an ἀπαγγέλλει? 14. αὐτοῦ G. 15. ὃς : οὐ G.

metriae nactus est scientiam; quamquam is quidem ex harum rerum cognitione in absurdam haeresin incidit, cum mentem eius obcaecaret superbia, quemadmodum morbus oculos. scio haec audientibus mira visum iri. ego vero Diogenem et vidi et admirata sum et de eiusmodi rebus disserentem audivi; cumque ipsa in eo genere non plane rudis essem, accuratam eum theorematum cognitionem habere intellexi. quamvis autem litteris vacaret, a veteri tamen in imperatorem odio non destitit, sed gliscentem semper tyrannidis cogitationem habuit; quin etiam nonnullos rursus clandestini huius consilii participes fecit. e quibus unus rem ad imperatorem detulit, qui Diogenem arcessivit eumque et de iis, quae ipse moliretur, et de coniurationis sociis interrogavit. atque hic omnia quantocius confessus, veniam statim impetravit.

Digitized by Google

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGII.

Digitized by Google

H. CORNAMU
RELIEU
LAUSAN



Digitized by Google